



IV, 44

6

THEATRON
CHRISTIANAE IUVENTU-
TIS NOVVM;

Quo exhibentur

SEX LVDI SCE-
NICI SACRI, ET QUI-
DEM TRES TRAGOEDIAE,
itemque tres Comœdiæ, quarum ca-
talogus sequenti pagina ha-
betur;

EX SACRÆ SCRIPTU-
ræ historijs, usq; institutioni, ac in-
formationi juventutis præcipuè accomodatis,
omnes desumptæ; stylo maximè Terentiano
descriptæ, & in tres libellos dis-
tributæ,

Quorum hic est primus, ubi prodeunt,

- I. VRSI VLTORES ELISAEI TRAGOEDIA.
- II. SAMVEL PRINCEPS COMOEDIA.

Autore & Actore

M. IOANNE FORSTERO POE-
ta Cæsario, Rectore tum Scholæ Schneb. jam
verò Pastore Ecclesiæ Cizensis ad
D. Michaëlis.

Lipsiæ, Impensis Thomæ Schureri.



ILLVSTRISSIMO
ET CELSISSIMO PRINCI-
PI, AC DOMINO, DOMINO AVGVSTO,
Duci Saxoniae, Landgrauio Thurin-
giae, Marchioni Mysniae, Burggrauio Mag-
deburgi, &c. nec non inclyti Episcopatus
Numburgensis & Cizensis Administratori
postulato longè dignissimo, Domi-
no meo clementif-
simo.

Τὰ πρὸς τὴν δὺζωίαν ἢ δὺσέβειαν,
summa submissi animi deuotione, à Serua-
toꝛe nostro IESV CHRISTO, pre-
cor & exopto.



S omnem Antiquitatis
memoriam paulò altius repe-
tamus; Illustrissime & Celsif-
sime Princeps: Ludos, vt vo-
cant scenicos, in summo fem-
per precio vbiq; gentium extitisse intelli-
gemus. Vt enim silentio præteream qua-
tuor illa certaminum genera, in conspectu
totius Græciæ olim celebrari solita, quæ
Pindarus carminibus suis doctissimis im-
mortalitati consecravit: è prisca sanè hi-
sto-

P R A E F A T I O.

storia liquidissimè constat, Romanos re-
 rum Dominos non exiguam tam religio-
 nis, quàm gloriæ, & potentiaæ suæ partem in
 adornanda scena collocasse. Romani, Ro-
 mani inquam, sumptibus amplissimis the-
 atra extruxerunt stupendæ molis & pul-
 critudinis. Romani diuina vatum ingenia
 ad Comœdias fingendas & scribendas præ-
 mijs inuitarunt honestissimis. Romani in
 spectacula publica magnam vim pecuniæ
 impendêre. Intellexerunt enim homines
 illi sapientissimi, ludos scenicos nihil aliud
 esse, quàm ὑποτύπωσιν quandam viam ac-
 spirantem humanarum actionum, quæ ad
 culturam virtutis, & fugam vitiorum plu-
 rimum afferat emolumentum. Vnde etiam
 Comœdia à priscis non minus verè quàm
 scitè fuit definita τῶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν
 πραγμάτων ἀκίνδυνος περιόχῃ, ideò videlicet
 instituta & in theatrum producta, vt spe-
 ctatorum animi à vitiorum turpitudine ad
 virtutem, ab otio ad laborem, à voluptate
 ad temperantiam & honestatem tradu-
 cantur; id quod veteris Poëseos finis fuit
 præcipuus & genuinus. Inprimis autem de
 AVGVSTO Imperatore, (à quo successores
 eius ad vnum omnes AVGVSTI nomen de-
 retinere) memoriæ proditum legimus,
 quòd non modò felicissimo Poëtarum se-
 culo

PRÆFATIO.

culo fuerit natus, eosq; benignè fouerit, coluerit, amârit: sed, quòd etiam spectaculis publicè editis mirum in modum fuerit oblectatus. Quid dicam de C. V. Avo A V G V S T O Electore verè A V G V S T O, verèq; diuinitùs Electo, qui tam nominis celebritate, gubernandi item felicitate, potentia deniq; plusquam regiâ A V G V S T V M C A E S A R E M exæquauit: quàm amore literarum, & benevolentia ergà omnes eruditos, quin & meritis in vniuersam Rempublicam literariam ingentibus eundem superauit. Poëtis præsertim mirificè fauit, eosq; beneficijs cumulauit quam plurimis, sicut id exemplis probari posset, nisi vniuersus Musarum Chorus clarissima adhuc voce ea de re passim cantare audiretur. Immò tanta siti liberalium disciplinarum generosum Electoris serenissimi pectus tenebatur, vt etiam in limine senectutis iam constitutus, iisdem incumberet, tanta animi contentione, vt verè de se vsurpare potuerit illud Socratis:

Γηράσκω ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Cuius beatissimi vestri A V I vestigijs longè illustrissimis cum C. V. recto pede insistat, & in hoc vernantis ætatis flore, nihil sibi iucundius, nihil dulcius, nihilq; carius esse



P R A E F A T I O

esse sinat, quàm sapientiæ & virtutis studia:
 nec inconueniens, nec V. C. ingratum fore
 iudicauit, si ipsi primam hanc theatri mei
 scenici partem inscriberem, & consecra-
 rem. Ad quam rationem accessit & hæc
 altera, animi videlicet grati significatio,
 quam hac dedicatione declarare nitor. Su-
 periori enim anno cum in schola Schne-
 bergensi, primam hanc partem feliciter
 absoluissem, diuina sic disponente prou-
 dentia, factum est, vt à serenissimo & po-
 tentissimo Principe ac Domino, Domino
 CHRISTIANO Electore Saxoniae &c. C. V.
 Fratrem dilectissimo, tutorio C. V. nomine
 in Episcopatum hunc vestrum Numbur-
 gensem, ad pastorem Ecclesiae Cizensis
 ad Diui Michaëlis legitima ratione fuerim
 vocatus. Pro quo beneficio, quo maius esse
 non potest, Vestrae equidem Celsitudini
 gratias debeo maximas & immortales.
 Offero itaq; grato animo hoc perexiguum
 Genij mei munusculum, vtque C. V. serena
 istud fronte suscipere ne dedignetur, sum-
 ma submissi animi subiectione vehemen-
 ter peto & obtestor. Quod superest Celsi-
 tudinem Vestram vnà cum tota Domo Sa-
 xonea illustrissima, præpotentissimo om-
 nium rerum Moderatori & Protectori Deo
 fidelissimè commendo. hac regij vatis reli-
 gio-

PRÆFATIO.

ἡγιωσιμῆσσι ἐξ' ἡ. 121. Dominus
custodiat te: Dominus protectio tua super
manum dexteram tuam. Per diem sol non
vret te, neque luna per noctem. Dominus
custodiat te ab omni malo, custodiat ani-
mam tuam Dominus, Dominus custodiat
introitum, & exitum tuum ex hoc nunc &
vsque in seculum. Dabam Cizij Anno
1604. 3. septembris qui C. V. dies est
natalitius, quem carmine hoc
subsequenti celebrare vo-
lui, ac debui.



3 4

γεγέθ.

ΓΕΝΕΘΛΙΟΝ

E I D E M

ILLVSTRISSIMO ET
CELSISSIMO PRINCI-
PI, &c. consecratum.

Septima lux Septembris adest, qua septi-
ma Proles,

SEPTEM-VIRO de CHRISTIANO pró-
fata,

Has ingressa fuit vitales luminis auras,
AVGVSTVS, AVGVSTI per-augustum
gerens

Nomen AVI; quem congenito pietatis a-
Et indolis sagacitate regiâ (more,

Exæquare studet, factisq; Illustribus omnes
Implere mensuras Aviti Nominis;

Dû iam, Leucoriæ celsis sub mœnibus vrbis,

Ex ore Mystarum docentium sacra,
Salvificæ libat rorem floremq; Sionis,

Et incipit dijudicare dogmata,

Quæ scriptura tenet FLATV descripta sa-
crato,

Et inde contextus Liber-Concordiæ;

Et dū Pierides audit, Charitesq; magistras

Et, ex labellulis earum melleis,

Haurit regificas artes, animoq; recondit

Præcepta virtutum beata Principum.

O felix AVGVSTE tua pietate! Tuâq;

Exercitatione digna Principe!

Sic



Sic tibi, sic cœlo, sic ad fastigia Regni,
EPISCOPATVS ac Tui patet via!

Tu modò viue, precor; Tibi SEPTENARI-
VS omen,

Et Nomen AVGVSTVS, per-augustum
vouet.

SEPTEM viue VIRI SOBOLES AVGV-
STE, Tuoque

Cum FRATRE ter vale SEPTEM-VIRO.
Ac, vt BIS-SEPTEM fideliter implêsti

ANNOS

Sic impleas deinde SEPTEM SECVLA;
Hoc precor; huic voto præsens aspiret

IÖVA,

FLATVQ; SEPTENARIVM SEPTEM-
PLICK

Ipsè beet. Verè sic SEPTENARIVS omen
Felix, & augustum Tibi, AVGVSTE, af-
feret.

*Celsitudinem vestram sub-
iectissimè colens*

*M. Iohannes Försterus
Poëta Cas. Ecclesie Ci-
zensis ad D. Michaëlis
Pastor.*

a s

EPI-

EPIGRAMMA

Ad Dominum

IOHANNEM FORSTERVM
P. C. COLLEGAM, COMPATREM,
& in Christo Fratrem honorandum.

Dum FORSTERE tibi paret Nivemontia Pubes,

*Hoc quoq; cum merita laude Poëma paris
Egregium Genij factum, quo flectere mores,
Atq; rudes animos erudisse cupis.*

*Felicem ô teneram, nôrit sua si bona, turbam,
Quæ lapsu in vetitum præpete cæca ruit.
Comica cum Tragico misces exempla Cothurno,
Codice Materiam suppeditante sacro.*

*Sic prodesse studes, & idonea scribere vitæ,
Quam regere exemplis Commoditatis opus.
Cedro digna canis; circum tua tempora lauro
Frondente, & venâ grande sonante tuâ.*

*Laurus vt assiduè frondet: Tua culta Poësis
Sic florens fructus proferat vsque novos.*


M. Erhardi Lauterbachij præfulatus Numburgensis, & Cizensis Superintendententis.

VERSI



VERSI ULTORES ELISÆI
TRAGOEDIA NOVA,

Ex 1. Reg. cap. 19. & 2. Reg. 2. desumpta.



CATALOGVS PERSONARVM
TRAGOEDIAE,

Quarum nomina partim ex ipsa historia
sacra petita, partim ex alijs profanis auto-
ribus transfumta, partim ad subindi-
candam earum indolem
efficta.

*Iuxta conditionis discrepantiam in tres
classes distinctus.*

I.

- | | | |
|-----------|---|---------------------------------------|
| ELIAS | } | Prophetæ |
| ELISÆVS | | |
| EVSEBIVS | } | Tres Elisæi discipuli bonæ
frugis. |
| EV MATHES | | |
| PHILECOVS | | |
| GABRIEL | } | Tres angeli, illorum comites |
| RAPHAEL | | |
| VRIEL | | |

II.

- SAPHATVS.
SARA
CORYDON
TITYRVS.

MITIO

RV M
A-
O-
Nive-
paris
res,
rbam,
ruit.
thurno,
D.
ite,
opus.
lauro
tuâ.
poësis
vos.
nij præ-
fis, & Ci-
entis.

VERSI



CATALOG. PERSONARVM.

III.

MITIO	}	Parentes
INDVLGENTIA		
PLACENTIA		
ATHEVS	}	Tres filij degeneres
ACOLASTVS		
AMATHES		
ALECTO	}	Tres Furia, illorum comites
MEGAERA		
TISIPHONE		
DROMO,	Tabellarius	
GNATHO	Parasitus	
THAIS	}	Meretrices
PASICOMPSA		
GREX		
VRSIDVO.		



PERI-

I.
PERIOCHA TOTIVS
TRAGOEDIAE.

Vates Elias diuo plenus numine
Elisam Saphati Saraq, filium,
In agro cum seruis arantem patris,
Accersit in Scholam, Qui patre praescio,
Vati vocanti paret, & subit scholam.
Exinde iam doctas edoctum literas
Elias curru transvehendus igneo
Eliseum scholae regenda praeficit
Ibi offendit tres frugi, & indolis bonae,
Quis adsunt angeli passim satellites;
Et tres discipulos nauci, & indolis male,
Quis tres vbiq, Dira sunt pedissequae
Illi praecceptorem laudant, amant, colunt:
Hi contemnunt, oderunt, deludunt eum,
Et frena disciplina mordent nequiter,
Et se voluptati dedunt, atq, luxui.

Ad hanc malitiam se vertunt inuicem
Nec non Gutho iuuentutis corruptor, & Gnatho
Thais scortum cum Pasicompsa, quae suis
Fallunt eos meretricijs amoribus,
Mittentibus clam per Dromonem matribus
Pecuniam, foeda voluptatis organon.

Tandem sublato Elia terris in Polum,
Elisa tum Bethel profectus in vna
Ab istis verberonibus nefarie
Coniugijs proscinditur turpissimis
Ast huius in vindictam contumelia

Vrs

neres

omites

PERI-

PROLOGVS.

Vrsi duo iussu Prophetae prouunt,
Illosq; dentibus lacerant crudeliter.
 Quas cades Indulgentia, & Placentia
 Ac Mitio mæstis acerbe deslent questibus.

II.

PROLOGVS.

Saluate spectatores ornatissimi
 Cuiusq; dignitatis, & prestantia,
 Qui spectatum nostras nunc adiunculas
In hoc confluxistis theatrum scenicum;
 Saluate spectatores, quidq; vos velim
 Et cur huc prodij, paucis cognoscite.

Didascalus nostra scholæ fidissimus
 Postquam fuit lauru cinctus Poetica:
Et ad gubernacula ludi literari
Vocatus, singulari fato cœlium:
 Istud sibi inprimis dari negotij
 Existimauit, ac adhuc existimat:
Vt multis proficit, sed obfit nemini,
 Ac, vt conscribat huiusmodi poemata,
 Quæ per magno forent iuuentuti vsui,
 Illamq; ad culturam pietatis verterent,
 Nec non vt huc omnem conferret industriam,
 Quamplurimos a scelerum turpitudine
In veram virtutis viam reducere.

Quod se docendo præstuisse plurimum
 Confidit, & se præstiturum id amplius
Promittit vrbi inclito senatui.

At verò

PROLOGVS.

At verò nequaquam est satis puberum modò
 Inter priuatos angulos educere,
 Artesq; dicendi, linguas & viiles,
 Et vite regulas acende tradere;
 Sed par est, ac decet, iuuentus florida
 Vt paulatim consuescat confidentius
 In publico cœtu, cogitata proloqui,
 Et sese ad actiones humanas feliciter
 Accommodare paulatim magis & magis.
 Sic olim namq; summa vite munia
Exercitatiores possunt aggredi.
 Huc nan parum conducunt actus scenici,
 Qui sunt humana vite exempla viuida.
 Quales existunt fabula Terentiij
Plautiq; comicorum principis,
Multis condite suauiter leporibus,
 Et eruditione plena plurimâ :
 Et propterea digna, quæ diligentius
Iuuentus sepe lectitet scholastica.
 At verò cum scurrilitatis non parum
 Illis insit, nec Christiano cœtui,
 Nec huic satis sint tempestati accommoda :
 Illas noster Poëta cum suo grege
Veretur in Theatron hoc producere,
 Vbi p̄ij, sanctiq; comparent viri. *syfui*
 Verum iuuentæ multo rectius fore
 Consultum credit, si sacris è literis
Scholarum in usum conscribantur dramata,
 Quod factitârunt multi vates antehac,

Quorum

PROLOGVS.

Quorum noster piè sequens vestigia
Decreuit è sacratis scriptura libris,
Successiuis horis, gregi scholastico
Accommodata concinnare dramata.
Inter qua primum vindicat sibi locum
Hæc, quam nunc acturi sumus, Tragedia,
Ex altera Regum petita codice;
VRSI VLTORES Elisæi illa dicitur,
VRSI VLTORES nam vindicant, iussu DEI,
Elisam vatem in improbis Catharmatis. *fluor*
Quod restat, à motu abstinete turbido,
Nostroq; vati vos fauete plurimum
Attentione vestra vos ostendite,
Et hîc omnes adeste cum silentio.
Istud Poëta perplacebit admodum,
Nosterq; grex deprædicabit oppidò.
Nunc & perpaucis, quid velit Tragedia,
Cognoscite, ac animos dociles aduertite;
Puer, qui primus huc prodibit ilico:
Istius argumentum in pauca contrahet
Claraq; voce vobis hîc edifferet.



ACTVS



ACTVS PRIMI
SCENA I.

E L I A S.

Senarij
Iambici
Acatale-
ctici.



Heu mihi, quàm multis & grauissi-
mis

Humana vita obnoxia est injurijs,
Periculis, morbis, adversitatibus,
Adeò, ut mori semel multò meliùs

Quàm tot subinde sustinere tristia (foret,

Tormenta momentis horarum singulis,

Et tot labores, tot dolores perpeti,

Tot persecutiones saevas indies

Audire, conspiciari, persentiscere;

Tot experiri fraudes, & tot subdolas

Molitiones hostium, cum maximo

Vitæ periculo, vix auersarier!

O vita vita! certè tu nullo modo

Es vita! sed perennis tantum afflictio es!

Angustia es! miseria es! contumelia es!

Ah rectius mortem vocaret quispiam,

Quàm proprio vitam te nomine diceret.

Nil aliud es namq; quàm mors ipsa perpetes

Mortalibus inferens ictus corpusculis,

Mortisq; sapiùs funesta imagine

Humana territans precordia.

A

Hæc

ACTVS

Hæc vita quæso quid parit? mortem parit,
 Morbos parit quamplurimos, & his viam
 Morti parat certissimam certissimè?
 Nec non senectæ, quæ per se ipsa morbus est.
 Non ergo falsò dixerit, qui dixerit:
 Non aliud esse vitam, quàm rectissimum
 Ad mortem iter, & peiorem morte sapius.
 Nihil fingo certè, nihilq; mentior.
 Satis satis iam satis hoc expertus loquor:
 Dum per suprema atq; extrema actus omnia
 Vitam miserrimam duco miserrimus.
 Egenus, afflictus, desertus, transfuga
 Per senta tesqua sylvarum solus vagor;
 Vbi ferarum rugitus, & horrida
 Subinde ventorum audiuntur murmura.
 Vbi lustra prædonum cruenta, non virum
 Visuntur ædes, aut DEI sacraria
 Quis numen inuocetur Ihouæ maximum.
 Heu mihi, heu mihi solus an solus an ego omnium
 Mortalium iam viuo infelicissimus,
 Nec finis vllus vsquam, vel terminus
 Instat malorum! Tempora ingrauescunt indies,
 Retroq; lapsa feruntur in peius omnia.
 Aula, aula regis efferatur, & furit
 Magis magisq;, nec potest placari,
 Aut expiari tot cruentis cadibus
 Vatum sacrorum, totq; contumelijs
 Quibus Iehouam summum audet lacescere,
 Christi q; membra deformare horribiliter

Scelestâ cumprimis pestis illa aut bestia,
 Ecclesiâq; totius ista calamitas
 Hostisq; Iesabel, mihi iuratisima,
 Adhuc fremit, furit, seuit, vrit, aestuat,
 Et ardet ira dira irata pessimè.
 Noctes diesq; secum saua cogitat;
 Et ceca versat consilia sub pectore,
 Vt me immerentem persequatur, & citò
 Vndis, vel igni, vel ferro, vel in cruce
 Submergat, vstulet, macret vel strangulet.
 Hæc est venusta merces, hoc est præmium
 Quod vatibus pijs tandem rependitur
 In hoc solo malo saloq; turbido.
 Sed ecquid agam? num desperandum est ilicò?
 Num deserenda est hæc vita prouincia?
 Minimè, minimè. Tuebor constantissimè
 Isthanc meam stationem; stabo, nec vnicum
 Vel digitulum inde deflectam: Quid ium? licèt
 Fremat, gemat, tremat, furat sauisimè
 Orcusq; & orbis! Si negatur hoc solum
 Polus patescit, qui fideles suscipit
 DEI ministros, ac æterno gaudio
 Eos beat coronatos diademate.
 Hoc expecto, huc contendo totis viribus.
 Fiat interim DEI voluntas prouidi,
 Qui quicquid infligit pijs: summè est bonum.
 Tantùm deinceps permaneat Ecclesia
 Iam nunc redacta in maximas angustias:
 Vt credidissimè vix mundo superstuem

4 **VERSI VLTORES ELISÆI.**

Mansisse quempiam me præter unicum.
 Tantum iuventa sub fideli postera
 Morum magistro proficiat fideliter,
 Hac in re cautione maxima est opus.
 Proinde de fido successore sedulo,
 Et diligenter cogito, DEVS DEVS
 Ostendat vnum, qui cum fruge possiet
 Pubem docere pietatemq; et literas.

Sed (psu, psu) spiritus me derepente deficit,
 Defessus, & lassus via tam squalidâ
 Aegerrimè respiro; vixq; segniter
 Pedes labantes, & trementes protraho.
 At ecce fagus hîc amena prominet,
 Saxoq; vivo se pandunt sedilia.
 Huc adsidebo, & acquiescam paululum;
 Dum spiritus deperditos recolligam:

Oona-
 rij Iambi-
 ci.

ACTVS I. SCENA II.

SAPHATHUS, ELISÆUS.

Prob summe IhoVa quanta servorum hodie est
 perversitas!
 Quam fœdus omnes occupat sensus veterenus
 Quâ lenta somnolentia, & quâ turpis est ignavia!
 Quæ tres probantur in servis probis virtutes maxi-
 Fidelitas, obedientia, ac solers industria, (mos
 Illæ sunt hodie rariores multò, ac cycnus nigricans (mè
 Nec unum ferme è mille reperies, qui sit frugis bona
 Nam quando opus faciendum; tum rigent, & sti-
 gent horridè, (mè
 Et lat-

Et tarditate cochleas vincunt etiam tardigradas ;
Cum ventum ad escam, sudore propemodum toti v-
na diffluunt

Et aestuant, ceu quadrupes iugo sub alto baiulus,
Ipsisq³ corvis & lupis voracitate sunt pares.

Panem cibarium totos quaternos prælongum pedes
Citius palato deglutire cernas, quàm tecū in animo
Septem planetas cæli computes, illosq³ nomines.

Si quid laborandum est, oculos talpa cæciores ob-
tinent ;

Manusq³ chiragra, pedesq³ podagra infectos cre-
deres ;

Oriq³ peierares insidere latrantem cerberum :

At si quid hero furandum: oculos habent vitreos &
lynceos,

Manusq³ velociores illis sunt ac ipsis Harpyis,

Magisq³ muti sunt quàm pisces, ipse aut Harpo-
crates.

Et ni meus Elisa alteraret onus istud domesticum,

Magnamq³ curæ partem à nobis in se lubens devol-
ueret :

Nescius forem, quid in hac summa rerum omnium
penuria (agerem.

Cum tot Menalcis, Mopsis, Tityris & Thyrsis equidē

Insolens profectò iam nunc est annonæ apud nos ca-
ritas,

Quia hætenus per annos tres, & amplius nimius
calor

Solis solum perussit ad carbonis usq³ nigredinem,

6 **VERSI VLTORES ELISÆI.**

*Nec ulla aqua terram exuccam, & siccam irrigavit
guttula;*

*Ab hinc coorta tabes, & rubigo valdè pestilens
Corrupit aërem, nec non exedit agris in omnibus
Segetes & herbas, & flores, frondes, frutices, & ar-
bores;*

*Sed modò (D E O immortalis immortalis semper
sit gratia)*

*Se largus imber effudit desuper perruptis nubibus;
Vnde terra denuo fœcunditatem naçta est pristina,
Succumq; semini fovendo satis idoneum combibit.
Idcirco rursus hoc mense cœpi subiugare meos bo-
ves,*

*Arare rursus, seminare, occare, sulcos ducere,
Spe largioris proventus, & exoptati fanoris.*

*Hodie equidem cum servulis, & bis senis taurorum
iugis*

In rus abire agrumq; colere iussi Elyseum meum.

*Prouiso nunc quid agant serui, num ogganniant
quoq; filio,*

*Et negligent opus, aut certè laborent oscitantius,
Ita, ut sit, quando Domini absunt alijs distenti ne-
gotijs.*

*Proh neminem video; quid hoc? cur nemo hîc ap-
paret in agro?*

*Holla holla / ubi vos estis stipites, caudices, asse-
ni plumbei?*

Vbi stertitis fuci, aut ubi genio litatis improbi?

*EL. Quis clamor hîc oritur? ni fallor vocem patris
audio.*

Prodibo. SAPH. Sed filium ex arbutis cursitantem
conspicor.

Resiste mi fili, resiste, quò tendis? huc ad me patrē
Tuum. EL. Pater te quærto, mi pater, vocem tuam
sequor.

SAPH. Bene facis. EL. at cur voce clamitabas in-
tensa pater?

SAPH. Vah rogas Elisa? vbi sunt servi, quos tecum
rus abire iusseram?

EL. Quiesce mi pater. Titan medium modò cœli
cardinem

Ut pertigit: statim relicto aratro diffugiunt agro,
Domum properant, iam tempus, aiunt, imminere
prandij.

SAP. Nihil novi audio, filii; isti homines antiquū ob-
tinent suum.

EL. Sic mos hodie est servorum, qui non sunt labo-
ri, sed sue

Nati gula, ventriq̄, porcorum instar grunientium.

SAPH. An verè Elisa hodie omnia ex animi tui
sententia

Rectè, probèq̄, perfecerūt? EL. ut solent, pot̄ segniter.

SAP. Terra verò arationi satis, ut reor, est accom-
moda. EL. est satis.

Gleba namq̄, prius cōpacta, sunt molliores reddita
Pluviâ frequenti, quæ diebus proximis decidit.

Et fortè messis insequetur larga, & multò uberrima.

SAPH. Ita spero. Sanè necessitas illud & extrema
flagitat,

8 VRSI VLTORES ELISÆI.

Vt caritas annona tandem mitigetur aspera.

EL. *Ac ut fames leniatur, quæ tot homines sustulit hætenus.*

SAPH. *Ideoq; Iho va rerum summus Imperator o-
mniū* (rum)

*Orandus est supplex, ut terræ nostræ benedicet ue-
Anniq; proventus sua benignitate prosperet.*

*Absq; hoc enim si est: oleum omne, atq; opera omniū
simul perditur.*

EL. *Faxit Deus, & gemitus pauperum clemens ex-
audiat,*

Et det affatim quod huic alendo sufficit corpusculo.

SAPH. *Sed quid diutius hîc restitamus? age ca-
mus intrò ad prandium;*

*Nos hora præsens avocet. EL. præcede, pater, te sub-
sequor.*

ACTVS I. SCENA III.

CORYDON & MOPSUS
duo serui rustici.

Senarij
Iambici
Acatale-
ctici.

Nostra pol conditio laboris est plenissima,
*Quiq; nos asinos vocaret, vel etiam boves,
Aut bubalos, aut camelos: certè is perparum
Erraret. MOP. Haud falsus es Corydon. A sin-*
rum enim

Sors dura, sorti nostræ perquam simillima est.

COR. *Planè. Labores propemodum Cyclopicos
Exantlamus assiduè, ut quietis sit parum.*

MOP

MOP. Non fabulam narras anilem. Nam simul
 Primum mane summo gallus gallinaceus
 Lucem suo cantu prodiit nequam (inferi
 Ut te perdant omnes) surgite, iam surgite
 Surgite, clamat herus, surgite servi, surgite;
 Quid stertitis glires? quid ronchos ducitis?
 Aurora dudum vestit cælum purpura.

CO. Quid purpura? nū nigra est, Mopse, purpura?
 Tum nox adhuc intempesta totum contegit.

Solum, polum, salumq; pullo pallio,
 Et cætera terram per omnem bestia,
 Laboris oblita, quiescunt segniter.

MOP. Hoc me malè habet. COR. molestum hoc
 mihi est quoq;.

MOP. O somnus omni melle, lacte q; dulcior!
 Non poma, non pyra, non pruna præ te mavelim!

COR. Nimis profectò verax Mopse. At quæso te
 Quid præterea in nostra vita iucundi inest?

MOP. Prorsus nihil; totam per æstatem gravi
 Sudamus æstu, diversas dum per vices

Aramus, tertiamus, seminamus, &
 Occamus, metimus, & messes fruges domum

Deuehimus, atq; tribulis exsculpimus,
 Abit annus integer: & sic cum anno reuertitur

Labor agricolis in orbem. COR. Oh quid quæso
 perdimus

Temerè, & inaniter tempus præterfluum,

Nostros recensendo labores? Vix enim

Tertiam laborum partem pertigisti adhuc,

10 VRSI VLTORES ELISAEI.

Vbi ceddò scenum est? ubi sunt stercora?

Vbi ligna? ubi saxa? ubi farra? ubi poma? ubi
cetera

Quae transvehenda plaustris, carris, effedis?

Oh tace. MOP. Tacerem equidem lubens, modò si

Foret colono ignava, uti fert fabula, (hyems

Quasi ulla tempestas anni totius foret,

Quae plus negotij nobis facesseret (nives

Ac bruma, hyemsq̄. COR. Sic est. MO. Namq̄ per

Medias, gelu quando obrigescunt omnia,

Et agminatim toto ningit aethere:

Nec quis canem domo facile tum extrudoret:

In sylvis cum equis nos divagari cogimur.

COR. Certè te conveniret esse vatem. Nam nihil
Narras, quod haud sit veritati consonum.

MOP. Enarro sicut res est. COR. Sic hodie agitur

Nobiscum miserè, praesertim ubi nactus es herum
Austerum, iniquum, attentum ad rem, cupidum

lucri,

Vt noſter est. MO. Hoc ipsum quoq̄, volebam ego.

Etenim mehercle asperiozem neminem

Ego vidi, ut ipſus est: Laborantes lubens;

Aſt eſitantes admodum invitus videt.

COR. Sapienter hoc est dictum, ac argutè satis.

Sed ànne nescis, quod vulgo dici solet?

Fraus alteram fraudem irudit, par ut pari

Reddatur. Ille noſtram defraudat gulam,

Et nos vicissim defraudamus illi agrum,

Vt tute noſti. MOP. Novi, sic fallere decet,

Qui

Qui duriter tractare servos assolent.

Noster senex rugosus, atq; rancidus,

Morosus nimis, & difficilis nimis, & nimis

Asper est, & ab omni planè alienus gaudio.

CO. Senem quidem facile possem perferre, & pati:

Sed filius mirus est, & nos mirum in modum

Urget, agit, impellit ad labores iugiter.

MOP. Et præterea ad superstitionem usq; est nimis

Sanctulus, & religiosus, & quoties suum

Diducit os: nil quàm Ihovam Ihovam sonat.

COR. O stulta sanctimonia! ô stulta vanitas!

Atqui quid tibi de Ihova videtur hoc?

MOP. Vah mallem equidem nomen Veneris, aut

Cereris, aut

Bacchi, aut Fauni in taberna audire, & cū Phyllide

Nostri Menalca inibi saltare cenies.

COR. Et hoc mihi placet: Edere, bibere, ludere

Hac est religio, quam solam ego profiteor, &

Longè optimam præ cæteris esse iudico:

Omnes Prophetas non unius teruncij
Aestimo: blaterent illi quod velint, credo quod volo.

MOP. Scilicet senex, & filius simul volunt

Omnem voluptatis vsum nobis demere.

COR. Tace, tace. MOP. Quid est? COR. Vide,

noster senex,

Et natus exeunt; eamus ilicò

Intrà per angiportum istud, ne intelligant

Nos ociosos hîc stesisse tam diu.

MOP. Vtrumq; conspicor; fuge ocys, fuge.

ACTVS

12 **VRSI VLTORES ELISAEI.**
ACTVS I. SCENA IV.

**Octonarij
Iambici.**

**ELISAEVS, SAPHATVS, SARA,
MOPSVS.**

Iam pransimus, & vires nostri corpusculi refeci-
mus,
Pater optime. Nunc verò in rus ad aratrum & sti-
uam redire tempus est.

SAPH. Sic opus est factò. Nam licet domi te deti-
nere mauelim,

Et disciplinis applicare liberalioribus :

Non paritur tamē hoc insolens seruorū contumacia,

Stuporq; somnolentus, & supina negligentia,

Quæ excreuit hodie ad summum. SAR. ah sic est
quidem vir optime,

Atqui satius multò foret natū nostrū isthunc vnicū
Musis Deoq; consecrari, & magistro credi industrio.

SAPH. Optarem Aedepol, tantam mihi felicitatem
obtingere,

Vt te viderem sanctos inter vatū, fili, filios.

EL. O mi pater, tuq; mea mater longè dilectissima,

Quàm vellem id à Deo mihi benignitatis adijci
Alijs, quæ confert in me nō merentem, dona largiter:

At interim, quod planè mutari nullo modo potest :

Aequo ferendum est animo ; vos, parentes dilecti
deceat

Mihi imperare; vobis autem obtemperare me deceat.

SAPH. Rectè, pieq; sentis mi fili. Tuus, in quo nun-
quis,

Statu

Status IHOVAE maximo nequaquam displicet,

neq;
Is interuertet ad regnum coeli tendentem semitam.

EL. Benè admones pater. Ipsus mortalium prolo-
plastus quoq;

Fuit agricola, & terrā bobus primūm suis exercuit.

SAR. Et Haeva mater nostra prima rustica extitit
quoque,

Et nere filias suas, & pensum ducere docuit.

At enim verò, ut ut haec sunt: hodie tamen contem-
tissima omnium

Vita esse rusticorum dicitur omnibus, & ducitur o-
mnibus.

Quicumq; verò se vouent Deo, bonasq; literas

Discunt, habentur, & sunt in precio permagno a-
pud Deum, (lestijs

Et apud homines primos, & imos, permultisq; mo-
vacant, quibus nos rustici subinde sumus obnoxij.

O summe Ihoua, qui regis, tegisq; cunctos ordines,

Si me beasses tantopere, ut meus isthic gnatus vnicus
Sacra imbibisset scripturae doctrinas à pueritia,

Ut posset olim cum laude praesse, et prodesse Ecclesiae.

EL. Dilecta mater ex affectu materno proloqueris

At audi quaeso, vitā, fortunā, fatūq; posterū, (haec.

Et actiones omnes cuiusq; Deus exactissimè

Pravidet, & ordinat, disponit, & moderatur optimè.

SAPH. Vera dicis. EL. Ac ut quempiam vult esse

Ioua praepotens

Sic illum regit, & ad suas laudes sapienter educat.

Sed

Sed quid, pater, sermonem tam longè nostrū produ-
cimus? (bitam.)

Sol (ecce!) cæli mediam dudū est prætergressus or-
SAPH. Apparet. EL. ergo tentanda est iterū nobis
aratio. (portauero)

SAP. Oportet. SAR. Ac mane donec tibi prius ex-
Panem simulq; caseos, mox ad merendam vesperi.
EL. Non est opus. SAR. Pro te quidē non est opus, sed
pro tuis (agro?)

Comedonibus. EL. Hodie verò quid vis fieri, pater, in
SAR. Ut seminentur tres modij tritici. EL. Fiet sicut
iubes.

SAP. Heus Mopse, quid cessas? exi; Mopse, Mopse, vbi
latitas? age

Ades huc. MOP. Quid est? quid est? quis me è sta-
bulo tam repente huc euocat?

Hem Herus est, non arbitrabar. quid vis here, quid
vis here? SAPH. Quid rogas? (mur?)

MO. Hodiēne forsā à nostris operis, here, feriabi-
SAP. Minimè, quasi non aliàs vobis feriarū sit plus
quàm satis. (huc amoue)

Immo moue te ocyus, & hunc saccum onustū tritico
Illūq; porta in rus, quò tecū abibit filius. (rem?)

MO. Ut ponderosus est nimis! plumbo refertū crede-
Vix dimouere possum de loco, tam vasti est ponderis.

SAP. Fores crepant, quis exi? EL. mater est. SAR.
en, mi fili, cape

Huic inuolutos linteo panes, decemq; caseos.
Abi secundis fatis. SAP. Deus tuū laborē prosperet.

ACTVS

ACTVS II. ARGVMENTVM.

Etzt geht der ander Actus an/

Da kömpt erstlich auff diesen plan

Elias, vnd sagt wie er fast
Gar wol vnd lieblich hab gerast.

Vnd wie ihm Gott erschienen sey

Im Traum ohn alle fantasey/

Vnd ihm klerlich gezeiget an/

Elisæum den Bawers Sohn/

Vom Pflug zubruffen vnd vocirn/

Vnd den mit sich in die Schul führen/

Vnd ihn fleissig an selben ort

Unterweisen in Gottes Wort.

Auff das mit der zeit aus ihm werd

Ein Prophet Gottes hochgeehrt.

Der Kirch vnd Schul ein lange zeit

Regier mit gurr bescheidenheit.

Drauff geht er fort/vnd findet bald

Elisam in Bawers einfalt/

Auff dem Acker mit seinen Enckeln/

Zu dem thut er sich bald lencken /

Wirfft vber ihn den Mantel sein/

Vnd brufft ihn zum Propheten sein.

Elisa zeigt's seinn Eltern an/

Abr Elias der Gottes Mann

Unter

ū produ-
(bitam.
ressus or-
erū nobis
portauero
prius ex-
n vesperi.
st opus, sed
(agro?
i, pater, in
l. Fiet sicut
Mopse, vbi
me è sta-
here, quid
(mur?
re, feriabi-
iarū sit plus
huc amone
mustū tritico
s. (rem;
ertū crede-
est ponderis.
r est. SAR.
seos.
rē prosperet.
ACTVS

Vnter des verricht sein Gebet
 Elisa vmb den Abend spet/
 Kompt wider vnd bringe sein Eltern mit/
 Die lassn ihn ziehn mit gutem fried.
 Hieraus ist nun kundi vnd bekandt/
 Das Gott auch aus dem Bawrenstandt
 Kan grosse vnd gelehrt Leut machn/
 Die er gebraucht zu grossen sachen.
 Drumb niemand sol geringe Leut
 Verachten aus stoltz oder neid/
 Sondern vielmehr ingedenck sein/
 Wie man saget im Sprichwort sein :
 Aus Bawren werden mit der zeit/
 Desgleichn aus Kindern feine Leut/
 Zu lehren vnd regiern bereit.

ACTVS II. SCENA I.

E L I A S.

Trochaici
 Senarij
 Acatale-
 tici.

S Vauiter recollegi meos vicissim
 Spiritus, repente lassitudo cunctis
 Artibus recessit, & virtus, vigorq;
 Cordis intimas peruasit ad medullas.
 Iam pedes valent, alacriusq; pergunt.
 Nunc iter conficiam letus institutum.
 Et quidem haud absq; causa. Nā dum isthūc quiescit
 Dulce somnium, per somnum, somniaui,
 Quod Deum precor ratum sit efficaxq;
 Et respondeat suo euentū, vt puto. Illud

Namq̄, calitus mihi inditum fuisse
 Vero est veriùs. Nam sapius Iehoua
 Mecum colloqui per somnium suèuit,
 Et res abditas palàm subiudicare,
 Mira proloquor: Videbar me videre
 Rusticum boum iuga insequentem,
 Sementemq̄, spargentem. Quorsum hæc Iehoua?
 Clamat: hic erit tuus successor; huncce
 Elia voces, vti templum, scholamq̄,
 Post te olim administret, & gubernet illam.
 Paulo post enim tibi hinc est emigrandum
 In cælos, vbi perfrueris æuiterno
 Gaudio, tuos post immensos labores.
 Hoc est somnium, quod nuper somniaui.
 Nunc vt iussa Ihoua transigam necesse est.
 Faxo, quicquid imperauit, diligenter.
 De euentu Iehoua præuidebit ipse.

ACTVS II. SCENA II.

ELIAS, ELISÆUS.

Senarij
Iambici.

Quinam sunt illi, quos in agro conspicio?

Quis ille qui sementem dextra proiecit?

Proh! mens sacro repente afflata spiritu

Præfagit hunc ipsum esse, quem ostendit Deus

In somnis, vt ipsius deinceps cultui

Mancipatus officio persungatur meo.

Quid cesso adire, ipsumq̄, comiter alloqui?

ELIS. Proh Deum! quis est ille, qui ad me hæc affe-
ctat viam?

B

Incessus

Incessus est tardus, vestitus est decens,
 Vultusq; barbâ propexâ perquam grauis,
 Quæ certa sunt autoritatis symbola,
 Et, nisi me animus fallit, videtur esse vir
 Dei Propheta; quidnam me volet? quid, ah,
 Respondebo dignitatis tantæ antistiti?
 El. Salue, mi agricola; salue, salue; tuos Deus
 Fortunet ipsemet labores affatim,
 Tibiq; messem largiatur vberem.

ELIS. Salue, mi Domine, salue; immortales tibi
 Ago gratias pro voto, quod firmet Deus.

EL. Is ipse est profectò, quem nunc quæro, quem
 Elegit omnipotens sator rerum Deus;
 Vt sit salutare Ecclesiæ suæ organon.
 Hoc scilicet mihi intus planè dicit at
 Diuinum numen intimum cor incitans,
 Et me repentino succendens impetu.

Quid est? quid est? vror totus, totus ardeo.
 Vnde hic est ardor subitus, visq; præpotens?
 Cur moror? hic est ille ipse, hunc ocyus
 Vocabo voce magna Ihouæ maximi.

Quid sto, quid inanes, & vanas nectò moras?
 Adoriar ipsum, & auocabo protinus.
 Eho, relinque taurorum iuga è manu,
 Effunde stiuam, mitte aratri cornua,
 Et absq; mora me subsequaris ilico.

ELIS. Quid, quæso, cœptas vir Dei sanctissime?
 Cur me feris adeò fluente pallio?

El. Te Ihoua rerum summus arbiter vocat,

Et,

Et, relliquis ex omnibus orbis incolis,
 Elegit vnicum sua prouidentia;
 Vt scilicet deinceps rusticum genus
 Vita perosus aliam vita postmodò
 Rationem inires, & ad aliud studij genus
 Appelleres animum discendi avidissimum.

ELIS. Ecquod, cedò? EL. me præceptore literas
 Disces sacras, & salutare fies organon
 Ecclesiæ, & scholæ, plenusq; gratia
 Diuina, propheticoq; impulsus spiritu
 Diuina sæpè proferes oracula.

ELIS. Quid audio? totus lætitia gestio,
 Et intus exultat mihi cor præ gaudio.
 Vnde hic est insolens, & nouus animi impetus?
 Lux vnde tã illustris affulget vndiquaq;? quis sonus
 Istius vocis! ô certè certè viri
 Istius vox Diuinitatis plurimum
 Spirat, sonatq;. Id euidenter arguit
 Diuina virtus, quæ inuasit pectus meum.
 Nam totus afflatu nouo circumferor,
 Præ gaudioq; magno, vbi sim nescio.
 Quid restito? cur non sequor? cur non cito
 Curro curriculo, & Deo vocanti obtempero?

EL. Idè venis? Hoc nempe perplacet Deo.

ELIS. Venio lubens, & te statim sequar lubens,
 Quocunq; terrarum tandem me duxeris.
 Alacriter quoq;, & acriter tua exequar
 Iussa, mi Propheta sancte; sed modò
 Liceat prius lares reuerti ad patrios

Parentibusq₃ atate confectis graui
 Vale supremum more sueto dicere,
 Et ipsis indicare causam huius abit^{us}.

EL. Intelligo satis tuam sententiam.

ELIS. Etenim nimis foret indecorum, & impium
 Hos insalutatos, & rerum nescios,
 Spemq₃, metumq₃ inter dubios, domi relinquere.
 Hoc quippe si fieret: certissime scio
 Paucis diebus tanta se aegritudine

Excarnificabunt, & consument ipsimet,
 Ut praetristitia nimia, & mœrore anxio
 Cruda in senecta infelicem efflent spiritum.

EL. Laudo voluntatem tuam, laudo indolem,

Laudo pietatem animi tui ardentissimam.
 Namq₃ aequitas, & pietas postulat insita,
 Ut liberi suos parentes gnauiter
 Amore, & honore prosequantur debito.

Quicumq₃ enim parentes hinc colit suos,
 Hic viuus est, & mortuus gratus DEO.

ELIS. Sic statuo, sic edoctus à parentibus,
 Quos post Deum colam semper, dum vixero.

EL. Nunc ergo abi in pace, & bona cum gratia
 Tuis valedicito caris parentibus,

Et, hoc peracto, statim reuertere
 Ad me, viamq₃ mecum ingredi propediem.

Ego interim sub hoc nemoroso umbraculo
 Te praestolabor hinc dum reflectas viam,
 Et implorabo votis, ac precibus pijs

IHOVAE numen, ut & posthac Ecclesiae

Sibi salutem habeat commendatissimam.

ELIS. Eo, redibo paulò post. EL. abi & redi.

ACTVS II. SCENA III.

ELIAS.

Sapphici.

[HOVA, qui finxit sapienter orbem,
Ac eum dextra moderaris alma,
Et tibi diua legis inde gentem
Voce vocatam.

Huc tuas aures adhibe, nec illas
Deneges votis, precibusq; sanctis,
Quas tibi supplex equidem recuruo
Poplite fundo.

Aspicias, reges pietate casti,
Et venenari rabie canina
Ut tuas ausint truculenter Aedes
Vertere fundo,

Et pios Vates iugulare cunctos.
Vix manus horum modò solus ipse
Liber euasi, necis & periculum
Flebile fugi.

Cur Deus clades quasi coecus istas
Non vides? poena neq; iustus æqua
Vindicas iudex: tua num potestas
Fracta fatiscit?

Cura nequaquam tua cessat, & vis
Diua nequaquam fuit imminuta,

B 3

Et pa-

*Et patent semper tua, nec quietem
Lumina captant.*

*Ergo nos audi facilis bonusq̄;
Surge, nec cela faciem serenam
Longius, diuam nec opem futuras
Differ in horas.*

*Surge; surgentes cohibe furores;
Surge Vefanos hominum tumultus,
Et tyrannorum rabiem nefandam
Ihoua retunde.*

*Non in electam tibi tela gentem:
Ast in infensos tibi iustus hostes
Tende, Te contra sua qui rebelles
Spicula tendunt.*

*Nil feros cura fremitus malorum:
Sed graues cura gemitus piorum;
Hi tuo gaudent simul vniuersi
Nomine dici.*

*His opem ferto facilis potentem,
Atq̄ conatus reprimas cruentos,
Et sacrum posthac tibi semen omni
Tempore serues.*

*Vnde clarescet tua laus, honorq̄;
Per soli cunctos vbicunq̄ tractus,
Atq̄ succrescet pia gens futuri
Incola coeli.*

ACTVS.

ACTVS II. SCENA IV.

SAPHATVS, ELISAEVS,
SARA.

Siccine est, Elisa, ceu de Vate illo mihi dixti modò? **Octonarij**
EL. Ah mi parens, adhuc ne dubitas de illis, qua **Iambici**
dixi modò? **Acatale-**
ti.

Quasi vllum vnquam antea in me deprehendisses
mendacium;

Mox ipsus audies, videbis, & cognosces omnia.

SAPH. Vt audio: sed qualis est homo vates? **EL.**
Quid queris, ah?

Modò videbis illum praesens praesentē his oculis tuis,
Et colloqueris viua voce. **SAPH.** Hoc ipsum est, cu-
ius gratia,

Relictis rebus ceteris, ad ipsum tecum nunc eo.

Cognoscam enim rem istam plenius, ne aliquid
monstri fors alat,

Et veteratoria arte clam dolum commentus im-
probum,

Te secum abducat insciū, populisq; venditet exteris,
Sicut Iacobi filio quondam, ni fallor, accidit.

EL. Ah, mi pater; haud est quod metuas; non talis
hic veterator est.

SAPH. Credo; sed, vt nunc sunt mores, vix quis-
quam cauere sat potest;

Cumq; quis satis cauisse ratus est, saepe is cautor **cc**
captus est. (surtia.

Tanta est hodie perplexitas hominum, tantaq; ver-

B 4 EL.

EL. Rectè sapis. Nam sicut communis fert sententia,
(licet

Nusquam fides hodie satis tuta est: adhuc tamen
 Reperire quosdam, quibus tutò possis fidere & credere.

SAPH. Ast vbi moratur tam diu mater? EL. Vidē ante ostium.

SAR. Curate diligenter interim ancilla, quod iussi vos; tibi,

Heus Silpa, sit cura culina; tu nobis cœnam appara;

Lignis focū aridis extrue, vti luculento igne luceat;

Et ne redundet carnis iusculum, solers sit cautio:

At tu, Syrisce, perpurga domum scopis, & elue

Quæ te lauare iusseram: sed acriter, sed alacriter,

Sed ritè, sed scitè fiant ac perficiantur omnia;

Donec reuertar huc domum. Nunquam pedem domo effero

Sine sollicitudine rerū, quæ geruntur interim domi.

Tam fœda est ancillarum nostrarum hodie incogitantia.

SAPH. Heus Sara, promoue te celerius, en tempus præterfluit.

SAR. Mi vir, sequar te perlubens. Nullum certè lubentius

Suscepi iter præterquam istud: preces meas tandem Deum

Audisse, deq; te, mi Fili, prospexisse iudico,
 Vt è tuo sermone collegi. Elis. Ita est, mater mea.

SAPH. Pergamus ocyus, ne vati tædiosa sit moræ

ACTVS

ACTVS II. SCENA V.

ELIAS, SAPHATVS, ELISAEVS,
SARA.

A Duesperascit; demirror cur tam diu
 Cunctetur in Paternis edibus; serè
 Effluxit hora, cum discessit; interim
 Equidem meas preces absolui serid.
 Nec dubito, quin illæ iamdudum sint ratæ,
 Deoq; gratæ. Nam preces ex pio animo
 Fusa penetrant nubes, ad vsq; thronum Dei,
 Et sunt odoris instar fragrantissimi,
 Immo assequuntur omnia, quæ sunt commodo.
 Atat, eccum in ipso tempore quem volo; quos (papæ!)
 Adducit secum? vir est alter rusticus,
 Mulier est altera Atlantem dorso gerens;
 Subsistam, & expectabo, dum adeant propius huc.
 SAP. Salve, Propheta sancte. EL. Salve, mi senex;
 Tecum tuum redysse gnatum gaudeo.
 SAPH. Proh, vnde rescivit ille me esse tuum patrè?
 SAR. E lineamentis fortè tuis. ELIS. Non ita.
 Ex arcana patefactione spiritus,
 Tam exactè nouit omnia, quàm digitos suos.
 SAPH. Quamuis inuitus id credam, credo tamen
 Conuictus euidencia. EL. Quid pater ait?
 ELIS. Audin? EL. nonne me aliquid monstri ale-
 re iudicat,
 Aut quampiam mollirier fallaciam?
 SAPH. Non diffiteri possum diffidentiam;

Senarij
Iambici
Acatale-
cti.

cc

cc

ÆI.
 fert senten-
 (licet
 dhuc tamen
 fidere & it
 er? EL. Vi-
 e, quod iusti
 nam apparat
 igne luceat;
 sit cautio:
 & elue
 d alacritet,
 omnia;
 m pedem de
 nterim domi
 hodie incogit
 us, en tempus
 Nullum certè
 es meas tate
 iudico,
 mater mea.
 diosa sit mori
 ACTVS

Cui, precor, ignoscas tua indulgentia.

EL. Non improbo paternam sollicitudinem,
Quam pro tuo nato geris fideliter.

» Etenim parentes, ut liberorum suorum agant
» Curam, tenentur iure naturæ insito.

SAPH. Sic est. Ergo ignosces facilius. EL. facillimè.

Sed ad Rhombum. Tuum quid filium velim,
Intellextine? SAP. Immo à principio vsq; omnia.

EL. Et hæc vxor tua simul audijt omnia? SAP. Ita.

EL. Et de vocatione? SAPH. SAR. Planè. EL.

Et qualis hæc?

SAR. & SAP. Omninò. EL. & vnde? SAP. SAR.

Sic. EL. & cuius gratia?

SAPH. & SAR. Audiuimus, percepimus, intellexi-

ELIS. Cuncta ipsis enarraui nuper ordine.

Dies ad vesperum inclinatur; quid est opus

Repetitione? parcatur modò temporì.

EL. In tempore, & loco prudenter admones.

An verò vobis institutum hoc perplacet,

Parentes? SAP. Cum sic sit visum summo Deo:

Non æquum est illi nos nequicquam obsistere.

Nam IHOVA quicquid decernit ter optimus:

» Id omne est bonum, id est iustum, id est per quã vult.

» EL. Piè sentis. Voluntas enim Dei optima est;

» Huic se voluntas hominis submittat, decet.

SAR. Verissimum est quod dicis dilecte Domine.

Me igitur facilis, volensq; submitto Deo,

Natumq; dimitto tecum. Sape hætenus

Suspirijs quamplurimis precata sum

Deum

Deum, vt misertus filij sineret eum
Fieri suæ vas electum misericordiæ;
Quas ipsum exaudiuisse confido preces.

EL. Nil est quod ambigas. Preces, ex ore quæ fluunt
Pio, permagnum apud Deum pondus obtinent.

SAR. Euentus comprobat. Sed quò duces meum,
Venerande domine, filiam? EL. Cur quæris hoc?

SAR. Vt illum interdum coram possim visere,
Aut si quid opus sit, ipsi eò transmittere.

EL. Ausculta modò, paucis dicam, mea mulier.
Est vrbs fama haud ignobilis, Gilgal vocant,

Vbi iuuenes bonas docentur literas.
Hic in sacrosancta scriptura ipsum instruam

Aliquandiu, ac ingenium ipsius excolam.
Exinde verò ibi vicissim gnauiter

Pietatem, & artes liberales ipsemet
Teneram iuuentutem docebit, & scholæ

Exuscitabit immortalẽ gloriam.

SAR. O me beatam relliquis præ matribus!

Qua me felicitate perbeas, Deus!
O mi Deus, quàm tu me immerentem perbeas!

Tota letor, tota gaudeo, tota tripudio.

O quis tibi, Propheta mi sanctissime,
Dignas pro beneficio hoc persoluet gratias?

SAPH. Quid detines Dominum longis ambagibus?

Tradamus illi filium. Tu sarcinam
Depone, atq; ipsi impone. SAR. Fiet, Elisa mi;

En recipe. ELIS. Quid est in hac, mea mater, sar-
cina?

SAR,

SAR. Supellex vest/aria. ELIS. Ab. SAR. Thorax,
pileus,

Nec non calcei, caligæ, tibialia, indusia,
Siclusq; nummularum. ELIS. Sollicita es nimis.
SAPH. Tibi, Propheta, nostrum isthunc ambo filii

Parentes alteri parenti tradimus,
Dimittimus, committimus, submittimus,
Hunc liberè admoneas, obiurges, increpes,
Pietatis & veram ipsi ostendas semitam.

EL. Ut multa paucis complectar; sic me geram
Erga hunc gnatum vestrum, ac si esset meus meo
Satus, & prognatus è genuino sanguine.

SAPH. Nil de tua dubitamus diligentia.

Tu verò, fili, sis præceptor tu

Moriger, & officio tuo fideliter

Fungaris, & caue ne bilem concites

Illi obmurmurando, vel refragando improbè,

Ceu nunc solet iuventus refractaria,

Petulans, effrenis, contumax, & friuola.

ELIS. Faciam, pater carissime, & isthuc vnice;

Omnem mouebo lapidem totis viribus;

Querela nequa moueri de me possiet.

SAR. Non minus equidem te adhortor, fili, sedulo

Industum, ac gnauum semper te præbeas,

Et diligenter libris tuis inhæreas.

Item angue peius fugito improborum consortia,
Et nil cum illis habeas vnquam commertij.

Castos enim mores consortia improba

Contaminant, vt pix manus contaminat.

Hec tria praecepta per omnem sunt vitam tibi
Tenenda diligenter, instar aureæ

Catenula: Time Deum; sis diligens;

Et improborum consuetudinem fuge.

ELIS. O cara mater, ô vitâ mihi carior,
Hec praecepta erunt meo inscripta semper pectori;
Dum viuus istos artus spiritus incolet.

SAPH. Vale mi fili, vale ter, & quater.

ELIS. Ah vale tu, mi pater; vale ter & quater!

Vnum oro adhuc: hodie boues aliquot Deo

Maçtate sacros, & diem hunc conuiuio
Et gaudijs insumite. SAPH. Faciam lubens,

Et te tacente fecissem vltro idem quoq;

SAR. Vale, mi fili, te ducat feliciter

Dux, & comes tuæ viæ istius Deus.

ELIS. Ah vale, mea mater, ah vale perenniter!

EL. Valetate omnes feliciter. ELIS. Valetate vos

Omnes diu. SAR. Vale, mi Elisa, suauiter.

ACTVS II. SCENA VI.

SAPHATVS, SARA, MOPSUS,
CORYDON.

Septena-
rij lambi-
ci Acata-
lecti.

Hunc quoniam maximis felicitatibus diem
Nobis Deus oneravit, atq; ex votis omnia
Succedunt sub manibus sat prosperè; fas est Deo
Agantur pro tanta benignitate gratiæ,
Viq; more consueto boues maçtentur victime,
Et apparetur conuiuium nostræ familiæ,

Nec

Nec non vicinis ac amicis nostris ceteris.

SAR. Eadem mihi est etiam tecū, coniux, sententia,
Eademq; planè nostri Filij erat sententia,
Ut audijsti iammodò. SAP. sic fieri condecet.

SAR. Atqui properato opus est; Nox ingruit, Sol occidit.

SAPH. Ergo reuocemus ex agro seruos, vti domū
Nobiscum abeant, laboris interrupto circulo;
Et, quod diei restat, illud genio indulgeant.

SAR. Clames modò. SAPH. Heus, heus Corydon;
heus Mopse atq; ceteri,

Adeste; sequimini me domum, operas omittite,
Quiescite; à labore hodie feriari vos volo.

COR. Audin' quid herus velit. MOP. Audio; quid
ipse somniet? (mus illic)

SAPH. Adeste. COR. Curramus, & morem geramus
Quid vis, here? SAP. Id quod dixi. MOP. Quid dixti
sodes? SAPH. quasi

Non audijsses. MOP. Per peram meam non audij.

SAP. Mecum feriari, & conuiuari vos hodie volo.

MO. Quā liberaliter promittis! quorsū hæc lenitas?
Si non ludis, vanaq; spe nobis os sublinis?

SAP. Non ludo. Quin bobus ocys iuga soluite; veni
Mea Sara; eamus. SAR. Implica dextram dextram.

SAPH. Cedò.

MO. Ioch boscha ho; quàm felix illuxit nobis dies!
Quàm bellè, quam lepidè nos pergræcabimur hodie!
Dum matutina sese ostendat cælo stellulâ!

ACTVS

ACTVS III. ARGVMENTVM.

D Er dritte Act nun/ Gott sey preiß/
 Gehet jetzt an/ da auff diesem kreiß/
 Ihr werdet sehen herfür gahn/
 Elifæum vnd Eliam.
 Elias Elisam bestellt
 Zum Schulmeister/ vnd ihm vermeldt/
 Wie er die Schul regieren sol/
 Weil die Jugend ist bößheit voll.
 Nicht allzu scharff/ nicht allzu glind
 Sol erzogen werden ein Kind.
 Darauff Elias scheid von dann/
 Verlest die Schul/ der Gottes Mann.
 Als nun Elisa das Schulregiment
 Angefangn: kommen behend/
 Drey fromme Schüler/ die fürwar
 Ein lust haben zu seiner Lehr/
 Ihn loben/ rühmen vnd auch preißn/
 Vnd gehorsam wollen beweissn.
 Dargegen werdet ihr auch sehn
 Drey Gottlose Buben herfür gehn/
 Die lestern alls / vnd schenden sehr
 Des Elisæi Lehr vnd Ehr.
 Vnd wollen mit nicht hören thon
 Ihrs Præceptoris Lektion.

Seind

Seind Buhn vnd bleibn von der Schul auß/
 Vnd gehn in ein verdecktig Haus/
 Vnd halten dar ein guten Schmauß.

Aus dem Act lernet allesampt/
 Groß vnd klein: wie doch das Schulampt
 Sey eine grosse vnd schwere last/
 Wem solche Gott hat auffgefast.
 Sonderlich jekt / da bey der jugend
 Zu erziehen ist wenig tugend/
 Vnd fort vnd fort dieselbe wird
 Vom Teuffel mehr vnd mehr verführt.
 Welches den Præceptoribus
 Macht viel vnruh vnd groß verdruß/
 Daß ihm darob im Leib das Herß
 Wird abgefressn vor grossem schmerk.
 Doch kan man wol bißweilen findn/
 Die sich lassen ziehen vnd bindn.
 Lernen vnd studieren mit fleiß/
 Werden verstendig klug vnd weiß.
 Die kommen auch zu grossen Ehn/
 Vnd Gott durch sie pflegt zu vermehren
 Kirch vnd Schul/ vnd dem vnglück wehren.

ACTVS III. SCENA I.

ELIAS, ELISAEVS.

Senarij
 Iambici
 Acatale-
 ti.

VT placet, Elisa, tibi vita hac scholastica?
 EL. Quidni placeat, vbi tot caeli mysteria
 Docentur, ac artes traduntur optima?

Vbi mores emolliuntur barbari,
Mensq; veritatis illuminatur lumine,
Et ad junctiones preparatur arduas.

ELIAS. O sancte Elisa, haccine est de scholis tua
sententia?

ELIS. Hac est quam audis, hac est & ipsa veritas.

EL. Ergo nunc quid te velim, & cur te solū modō
Duxi foras, ausculta. ELIS. Ausculto per lubens.

EL. Ego posteaquam te, Elisa, tuis à parentibus
Ad me recepi, vt tibi fuerit institutio

Apud me paterna, nosti. ELIS. Habeo id in me-
moria,

Et gratias agam perpetuò debitas.

EL. Quàm multum etiam bonis in literis
Profeceris breui, quàm etiam feliciter

Perceperis scripturae sacrae mysteria,
Tenes? ELIS. Teneo satis, praeceptor optime,

Et predicabo merita tua, dum vixero.

EL. Meritò istud abs te fit. ELIS. fiet planissimè.

EL. At nunc hic dies aliud postulat vitæ genus.

ELIS. Quid? EL. Haecenus egisti discipulum in
hac schola;

Imposterum Gymnasiarcham fas est agas.

ELIS. Ah quid dicis? EL. hoc quod audis; me-
am vicem

Imposterū sustinebis in hac schola. ELIS. Quid? ah,

Mi pater! Atlantem impones Pygmaeo arduum?

Ab parce! nimis molesta hac est moles mihi.

EL. Oh tace modò; nil efficias; conclamatum est ita;

C

Sic

Sic Ihoua vult, hac te conditione in scholam
Iussit vocari. ELIS. sed quô tu praeceptor hinc
Abibis? An me desereres solum isthoc in luto
Herentem? EL. ita est visum Deo. Elis. sed quô
EL. Vita mea nunc attingi propè terminū, (modè
Et fatum peregi; mox mortali hoc à iugo
Me liberabit, atq; hinc euocabit in
Sedes beatas caelorum Rex caelorum.

Sic namq; nuper in visione prophetica
Conspexi, & iam nunc, quod restat me propediem
Ad transitum beatum, & optatum paro.

Ergo Dei mandato te facio, & creo
Nostri didascalum Ludi; tibiq; impero,
Vt meam vicem, pro virili parte impostorum
Tuearis, & iuuenta curam sedulam

Agas. ELIS. Quid agam? quid ipsi responsi dabo?
Quandoquidem tam inopinatè hæc res accidit?
Res grauis, & ardua & momenti maximi;
Nec hic locus est, ac tempus vllum consilii.

EL. Quid ambigis? quid fluctuas? quid hasitas?
Responde rectè. ELIS. Quid respondebo tam cito?

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.
EL. Mitte has ambages, & quæ tibi diuinitus
Offeritur functio, volens, lubensq; amplectere.

ELIS. At res. EL. Quid at res? Res isthæc est à Deo
Huic obsequere, nec tuis cogitationibus.

ELIS. Quid faciam? quamuis repudiare possim
Prouinciam hanc humeris meis prorsus imparem
Praesertim in hac dissolutione morum maxima:
Tamen

Tamen recipiam, fretus hac spe haud lubrica,
 Ipsum adfuturum Ihouam operis, suamq; opem
 Praestitutum, vti promittit in verbo suo.

EL. Rectè facis, placet hac Deo obedientia;
 Nec dubites illius de prouidentia.

Immo sic statuas, tecumq; cogites:

Cuicumq; Ioua functionem destinat aliquam:

Illi simul vires, nec non sapientiam

Tantam simul largitur, quanta sufficit.

ELIS. O verè Diuina vox! hac animus additur
 Et cor mihi roboratur efficaciter.

Cum Deo labores omnes auspicabor, &

Cum Deo labores omnes latus finiam.

EL. Si sic ages: Diuinam senties opem

Vbiq; presentem. ELIS. Ita spero planissimè.

ACTVS III. SCENA II.

ELISÆUS, ELIAS.

AT caterum quandoquidem in me hortatu tuo
 Prouinciam suscepi multo grauisimam:

Eiusdem
 generis.

Cautione & informatione opus est tua.

Quare ô Elia praeceptor obseruantia

Omni colende, praesta te hic facilem, vt soles,

Et me, qui tam iners, & nullius sum consili,

Tuis monitis fidelibus, precor, instrue

Viamq; commonstra mihi commodissimam,

Pubem, & ludum regendi literarium.

Tu namq; in hac palestra iam satis, & satis

C 2

Exer-

Exercitatus es, emeriti instar militis.

EL. Prudenter admones, mentem laudo tuam: At

Hæc ars præceptis comprehendere non potest.

ELIS. Scio. **EL.** sed usu constat, & experientia.

ELIS. Non diffiteor: sed, qui tamen exercitatus est

In arte quapiam, ac illam callet probe:

Is adepol multum dare consilii potest

Inexercitato, & artis ignaro illius.

» *In arte nam sua quisq; est peritissimus,*

» *Et eloquentissimus; nec de grege rectius*

» *Dicet quisquam; quam pastor, nec, quam nauita,*

» *De ventis; nec quisquã de scholis, quam qui scholã*

» *Multos per annos rexit prudentissimè.*

EL. Si placet, aduerte; paucis rem omnem edisserã

ELIS. Iam dudum ambas cupidissimè aures arrigo.

EL. Primò scholasticum decet didascalum

Verbis prius experiri lenibus omnia,

Quàm verberibus præduris, & Centauricis.

Nam odere, quem timent. Ergo, quantum potes

Sic agas, vt discipuli tui te prouidi

Parentis instar ament, venerentur, & colant,

Et te paterno illos amore prosequi

Intelligent, & pareant, vt filij.

ELIS. Hæc mea quoq; est sententia. At sunt plurimi

Qui crudelitatem præceptorum perprobant.

EL. Sunt: sed quo fructu id fiat, euentus testis est.

ELIS. Ergò seueritatem prorsus improbas?

EL. Non improbo. Immo equidem in hac sum sententia:

Parit

Parit

Pariter nocent scholis, & nimia lenitas, c c

Et nimia seueritas; metas habet vtraq; c c

Suas. ELIS. Quas quæso? ELI. qui frugi: his lenitas,

Qui nauici: his competit contra seueritas.

ELIS. Aduerto, quò tendas. Ergo seueritas
Omitti minimè debet? ELI. minimè. Habet hæc

quog; c c
Vsum suum. ELIS. Quem? EL. Contumaces, im-
probos

Compescit, ac authoritatem docentium
Tuetur, probosq; etiam in officio continet,
Qui lenitate alioquin abuti possent.

ELIS. Quantum equidem intelligo, rerum summa
huc redit:

Seueritas lenitate temperarier, c c
Lenitasq; seueritate exasperarier c c
Debet. EL. Tenes rem ipsam. ELIS. Quid præci-
pis ampliùs?

EL. Vt diligenter inuicem discrimines c c
Captus puerorum; hîc permagna est diuersitas. c c

Quor capita, tot sententia; cuiq; mos suus,
Suusq; captus; huc omnis informatio
Accommodanda est. En habes unâ in schola
Asinos, boues, habes oues, habes lupos,
Habes columbas, aquilas, habes & miluios.
Quos si ingenioq; & moribus prorsus impares,
Vt pares, modo eodem regere postules:
Nihilò plus agas, quàm si his diuersis bestijs

C 3 Idemq;

AEI.
do tuam: a
est.
experientia.
ercitatus
:
am nauita
n qui schola
em edisser
ures arrigo
um
ricit.
m potes
colant,
sunt plurimi
bant.
ntus testis est
obas?
hac sum sen
Pari-

Idemq̄, & vnum præbere pabulum velis.

ELIS. Sed vnde, queso, tam insignis diuersitas
Cognosci potest? EL. Vab vnde? è cuiusq̄ moribus.

Eli. Satis. Habésne præterea aliquid, quod imperes?

EL. Postremo in hac nostra, ceu tute scis, schola
Quidam sunt pueri, in quibus esse intellexi sitas
Indolem bonam, pietatem, & diligentiam.

Hos in oculis habeas, & hos præ cæteris

Cures, & instruas quam solertissimè,

Qui si in cœpto studiorum cursu alacriter,

Deo iuuante conatus, perrexerint:

Certè in viros euadent non ignobiles,

Qui Ecclesiæ permagno quondam commodo

Et emolumento erunt. ELIS. Quinam sunt hi? ceddò.

EL. Hi tres: Eusebius, Eumathes, Philecous.

ELIS. Noui omnes, ac illorum iam dudum indolem
Solertiamq̄, cœpi demirari.

Lubens volensq̄, complectar illos vnicè,

Ac, vt parens, ipsos amabo, vt filios.

EL. At contrà sunt in nostra tres pestes schola,

Qui tantùm hoc agunt, vt præceptoribus suis

Molestias creent, & bilem concitent,

Isti homines; modò si merentur homines diciet,

Quantam fenestram ad nequitiam patefaciant

Abhorret pluribus animus nunc dicere.

Quid enim sunt aliud quàm sentina scelerum,

Et carcinoma pubis valdè noxium!

ELIS. Quos nominas alastores, et quæ catharmata?

Qui sunt illæ pestes ludi literarij?

EL.

EL. Rogas? hi tres, Acolastus, Atheus, & Amathes:
 Hi tres tibi facessent plus negotij,

Et te grauius vexabunt, quam omnes ceteri.

ELIS. Ah pernoui illos intus ac satis in cute,
 Ac saepius dolui mecum, tantam in hominem
 Vllum improbitatem cadere posse. EL. quare age

Cauebis ab his tibi prudenter; ac vide,
 Ne nimium fidas. Nam quodcumq; cogitant,

Quodcumq; moliuntur atq; dictitant,
 Fraudes sunt, & nil quam mera fallacia.

ELIS. At vnde tanta prauitas? EL. si dicere

Volo, quod res ipsissima est; matres suis
 Sunt adiutrices in peccatis filijs.

Namq; vt vult quisq; filium: sic est quoq;
 Et blanda matrum officit multum indulgentia.

ELIS. Quid ergo das consili? EL. Quid dem aliud?

Pro officio prehnsos suis in sceleribus, (tuo

Summa seueritate castiges, nihil

Moratus excusationes frigidas:

Si prorsus ad frugem nolint redire: tum

Extrudas illos è schola, deq; cetero

Catu scholastico, ceu membra putrida,

Rescindas, ne corpus totum inde contrahat

Labem lethalem. ELIS. Sic faxo, ceu me iubes.

EL. Ergo secundum, quod vertat Deus benè,

Te Diuina authoritate Diui Numinis

Facio, & creo ludi nostri didascalum,

Tibiq; trado claues, atq; hoc sceptrum ligneum.

Deus ferat opem, teq; sospitet diu,

C 4

Vt sub

AEI.

is.
 diuersitas
 moribus.
 od imperes?
 schola
 xi sitas
 m.

r,

odo
 ut hi? cedd.
 cous.
 m indolem

schola,
 suis.

s dicier,
 faciant

erum,

tharmata?

EL.

40 VRSI VLTORES ELISAEI.

Vt sub te floreant schola felicissimè.

ELIS. *Deus secundet votum, sed quò nunc abis?*

EL. *Secedam in montem, ibi dies solus aliquot
Insulam in res Diuinas : Interim vale.*

ACTVS III. SCENA III.

ELIAS.

Spondai-
ci septe-
narij cata-
lectici.

Lætus sum, quod paulò post hinc est emigran-
dum.

*Oh quantis, & quot votis exoptavi semper,
Vt possem hanc vitam infortunatam commutare
Cum vita fortunata, quæ in cælis æternùm
Perdurat ! quid cesso ? Carmelum nunc rectâ
Contendo ; solus res hîc lustrabo Diuinas,
Et post ibo ad Iordanem ; hîc curru ignito Ihoua
Hinc me transportabit sedes ad caelestes, ceu
Promisit, nec non confirmauit me per visa ;
Vos ô spectatores posthac sitis tranquilli,
Ac expectetis donec me huc conuertam rursus.*

ACTVS III. SCENA IV.

EVSEBIVS, EVMATHES, PHI-
LECOVS.

Ostona-
rij Iambi-
ci Acata-
lecti.

O Summe Ihoua, quam multis hanc nostram
commoditatibus Scholam
Cumulas abundè ! ô quisnam est, qui sit referenda
gratie !

Nos

Nos haecenus docuit Elias, omnium quotquot hodie
Mortalium viuunt, doctissimus & religiosissimus.

Nunc, vt modò intellexi, Elisa Elia succedet, & de-
hinc

Nostrorum studiorum erit dux, & gubernator fi-
dissimus.

EV M. Gratulatione digna res est. EV S. scilicet
Deus suam

Benignitatem erga Scholam nostram non patitur
claudier,

Dum illi virum talem, tantumq; praefecit. EV M.
certissimè.

PHIL. Ibo obuiam, vt quid colloquantur tam ami-
cè, intelligam. EV S. Quis hîc

Loquitur? en noster Philecou. PHIL. Saluete di-
lectissimi

Fratres. EV S. Et nos tibi salutem comprecamur
plurimam.

PHIL. Quanam haec inter vos confabulatio?
EV S. Quanam alia, quæso, sit

Quàm de nouo Magistro nostro Elisa? PHIL. Proh,
illud ipsum ego

Iam mecum cogito. Quid vos cogitatis fratres opti-
mi?

EV S. Quid cogitemus? ex intimis cordis nostri pe-
netralibus

Agimus Deo gratias, pro tam pio didascalo. Nã ita
Decet. Quid enim nobis studijsq; nostris fructuosius

Concedi posset, quàm præceptor talis, à cuius labris
Pie-

HI.

nc abis?
liquot

III.

emigran-

er,
mmutare

m
ectâ

to Ihoua

ceu
sa;

ursus.

IV.

PHI-

c nostram

referenda

Nos

Pietas mera stillat, & largiter inde effluit.

*EV M. Quinimmo ipsius verba singula, singula sunt
oracula,*

A spiritu Diuino, diuino inspirata pectori.

*PHIL. Quin quantus quantus est, totus est huma-
nitas, atq; pietas.*

*Hoc Magistro siemus subinde doctiores, & sacro
In pietatis studio proficiemus assidue magis, et magis*

*EV M. Quid stamus ergo? cur non recta nos conferti-
mus in scholam?*

*PHIL. Nondum tempus est; prius domum reuertamur
& mihi libros*

*Consarcinabo chartaceos, in quos conscribam sin-
Quae dictabuntur à nouo didascolo. EV M. ast ego
in forum*

*Emptum papyrum prodeo. EV S. Ego deambulabo
ante mœnia*

Post prandium, mecumq; ruminabo diligentius,

Quae legi, quaeq; percepi hodie. Nam talis repetitio

*Permultum memoriam iuuat, praesertim infirmam
& labilem.*

ACTVS III. SCENA V.

GABRIEL, RAPHAEL, VRIEL.

Heroici
cum Dia-
metris Iā-
bicus.

VOs ô vos nostri praecleara corona theatri
Saluete; cur nostras ita

Attoniti vestesq; nouas, vulnusq; nitentes

Praeceteris miramini?

Nos

Nos sumus, aligera caeli de gente, ministri
 Missi polo, iussu Dei;
 Ut comes comites pueros comitemur euntes,
 Qui sunt palestra Palladis
 Addicti, veramq; viam felicitis Olympi
 Ardent, studentq; noscere;
 Quiq; suos solida peramant pietate magistros,
 Illisq; parent flexiles:
 Illos Ihoua iuuat, plenum aspiratq; fauorem,
 Et caepa cuncta prosperat.
 Illos nos iussu Ihouae comitamur, & illos
 Vbiq; forti dextera
 Contra Tartarios astus fastusq; tuemur,
 Auertimusq; noxia
 Tela, quibus delere scholas, delere scholarum
 Pluto magistros nititur.
 Tales sunt pueri quis nos assistere passim
 Spectatis e vestigio.
 At quos spurca Venus, vel vana Vacuna, vel Hebes
 Iuuat soror Lasciua,
 Quiq; suis vltro gaudent, audentq; magistris
 Obmurmurare duriter,
 Nec studio pietatis opes, gazasq; Mineruae
 Sibi parare gestiunt
 In vitium flecti faciles, monitoribus aspri
 Et duriores ilice;
 Nec virtutis amore calent, nec honore potiri
 Cum laude praclara studet:
 Illos

EI.
 it.
 ngula sunt
 i.
 est huma-
 & sacro
 is, et magis
 os conferi-
 a reuertat
 (gula,
 ribam sin-
 m. ast ego
 e ambulabo
 gentius,
 is repetitio
 n infirmam
 V.
 RIEL.
 eatri
 us ita
 s
 mini?
 Nos

44 VRSI VLTORES ELISÆI.

Illos deserimus. R A. Cur non fugiamus ab illis
 Qui nos suis immanibus
 Flagitijs celerare fugam, celeriq; volatu
 Cogunt repente cedere?
 Nos hic assistit custodia nostra, sed Orci
 Tres filia, Diras vocant,
 Quas istos scurras tres cominus insectari
 Cernetis. V r. Ellas! aduolant.
 Hinc propere properemus iter. G A. fugiamus iò iò.
 R A. Fugite, fugite, fugite, fugite.

ACTVS III. SCENA VI.

ACOLASTVS, ATHEVS,
 AMATHES, EVSEBIVS.

Septena-
 rij Iambi-
 ci Acata-
 lecti.

PROB DEVM immortalem, quanta est im-
 portunitas
 Noui magistelli, cui Elias iammodo,
 Vti ferunt, nostram schelam concedidit!
 A T H. Videlicet. Quid enim faceret, queso, is aliud,
 Quàm ceteri vespertiliones scholastici?
 A M. Ha ha ha! A T. Quid rides tam effuse? A M.
 Quid rideam?
 Tam bellè describis illos. Ecquid itaq; agunt?
 A T. Subindè tristes incedunt, vt Stoici,
 Vultu cadaueroso, collo pendulo,
 Ac ore distorto. A C. Proh Bacche, proh Venus!
 Quantum à meo ingenio, & natura differunt
 Isti Catones ac Xenocrata asperi,

ac Heracliti, qui vt caudices, & stipites
 Omnem voluptatis vsum planè respiciunt!

AT. Certè citiùs clauam extorquebis Herculi,
 Quàm risum istis extorqueas Orbilijs.

AM. Iterum mihi risum tuo risu excutis.

AC. Sic est, vt inquis; verè sunt Orbilij
 Plagosi, acerbi, austeri, duri ac hispidi;
 Qui hoc studio habent, vt plagas, atq; verbera
 In nos, & commilitones nostros fulminent.

AT. Id hic Elisa iam satis superq; comprobat
 Exemplo suo: quàm verè in ipsum congruit
 Verbum vetus: tum nihil intolerabilius est
 Noui gubernatoris insolentia.

AM. Profectò; nam quantas turbas nuper dedit!

Proh! quos tumultus excijt? quàm tetrico,

Et quàm seuero vultu ad nos modò irruit?

Pleno vociferans ore, vt circumforaneus:

Quid agitis vos, fuci, ô inertes, & pigri,

Nostraq; corruptelæ communis schola?

Quibus istud est volupe præceptores suos

Inurijs, & improbis fallacijs

Ad iram prouocare, & sic ostendere,

Quàm versuti vos sitis, atq; callidi.

O facinus indignum! quas ob id tandem De

Pœnas luetis vestra dignas malitia?

Verùm, dum tempus est adhuc, redite in viam.

Quod si posthac quid improbitatis sensero

Vos moliri, vt vestrum officium fiat minùs;

Verberibus casos extrudam vos hac schola.

Ne

Ne temerè quid faciatis, aut dicatis hoc
Vobis haud prædictum, dixi; caue te vos.

Quid cogitabas tum, Acolaste, cum hæc diceret?

AC. Vix continere risum poteram, quò minus
Deriderem insanam insani dementiam.

AM. Ego verò putabam ipsum narrare fabulam
Æsopicam, vel figmentum poëticum.

AT. Nugæ sunt certè aniles, quas scurriliter
Derideamus plenis iam pulmonibus.

AM. Ridebo, quantum possum toto pectore:

Ha, ha, ha! ha, ha! ha, ha, ha! ha, ha, ha, ha!

AC. Reprimite risum, & ad vos tandem redite; nunc
Rem ipsam putemus, & consulamus inuicem;

Ecquid sit de re nostra, quo more viuere
Conducatur imposterum. **AT.** Quo more? quo hæcenus.

Hiccine miser magister, nostros corrigat
Mores priores? non vnquam obtinebit hoc,

Nec, si trecentas vno halitu tonet minas.

AM. Hem callidum caput! hem consilium callidum!

AC. Idem mecum sentis, idemq; cogitas.

AT. Nos omnes obiurgationes illius
Non huius æstimemus. Rumpat illa

Anumq; distorqueat præ indignatione: nos
Antiquum nostrum obtineamus. **AC.** videlicet

Excludat, extrudat, explodat nos è schola;

Quid dum? patet solum: patet reditio
Libera parentes ad nostros, qui nos sibi

Cariores vitâ habent, voluntq; & gestiunt,

Nos liberaliter sic educarier,

VI

Ut mores mundi moribus sint simillimi.

AT. Valeant lepores scholastici; valeant malè

Iste vlula, quæ scholæ latent in angulis.

AM. St? st? AT. Quid est? quid est? AM. Lupus
est in fabula.

AT. Vbi? AM. En asinum scholasticum cum pallio;

Quantam librorum copiam secum vehit,

Et tamen currit velocius quam baiulus!

EV S. Saluete commilitones dilectissimi.

AT. Quò tendis? hui tam celeriter? cur sis cursitas?

ante natura cogit? EV S. Mitte ineptias.

ATH. Quo tendis ergo? EV S. Quò rogas?

In scholam. Non signum audisti campanâ datum?

AC. Quid campana in nos domini obtinet? EV S.
quid? in

Scholam vos auocat. ATH. Quid nobis cū schola?

EV S. Quid? An non estis hîc studiorum gratia?

An non nouo præceptori operam dabit? AT. Hem?

Hem! quid dicis? cui nos præceptori nouo?

Quid hic ad nos? EV. Nihilne ad vos? AM. prorsus

EV S. O impudens oratio! tam nullius (nihil.

Prætijs vobis sunt præceptores optimi?

Fortassè luditis? quod si: mecum in scholam

Redite. AT. Quid, nequam, tibi in nos iuris est?

Apage; si dixeris vllum verbum amplius,

Continuò pugnus hærebit in mala tibi.

AM. Et ego elidam oculos digitis vt sepÿs coqui.

EV S. Quenam hæc est audacia, proh Deum! AC.

quid carnufex?

AT.

AT. Quis te sacerdotem nobis constituit? AC. hinc
Abi trifurcifer; omitte hanc contumeliam.

Nos nec hodie, nec cras adibimus scholam.

EV S. Ergo ibo equidem in meis vijs nunc in scholam
Vos pœnitebit olim, sed serò nimis,

Istius impudentiæ. AM. Non abis? EV S. eo.

AT. Quid nunc agimus, postquam hæc nubes con-
nuit?

AC. Ludamus, potemus, conuiuemur. Itaq;

Ibo ad Gnathonem, quò curet, quæ sint opus.

• Sed unde argentum conficimus? sine hoc enim

• Ceres, Venus, Bacchus tepent, frigent, rigent.

AT. Ego exponam. AC. O lepidum caput. At vi-
de auferes?

AT. A matre hodie tabellarius Dromo mihi
Argentum, ceu spero, adferet; nunc propediem
Reuisam num redierit è via domum.

AM. Ego verò conueniam scrutariam. AC. Quid
hîc?

AM. Quaram num vestes, & libros diuenderit.

AC. Laudo. Quid inde? AT. tecum pergracabimur
Apud Gnathonem. AC. Bellè. Nunc illuc eo.

AT. Et nos Dromonis ad domum contendimus.


ACTVS III. SCENA VII.

Furiæ.

ALLECTO, MEGÆERA, TIS-
PHONE.

Quò illi contendunt : nos contendimus simul.
 Nam nostris sunt dudum impediti vinculis.
 Et quò nos rapimus : illò sequuntur ilico;
 Quicquid inspiramus : illi expirant. Hæc via est,
 Qua itur domos ad Orcias ; mala mens eis,
 Malus animus. MEG. Quin si cuperet vel maxime,
 Tamen illos non seruare possret, Salus.
 AL. Placet hoc. MEG. placet hoc. TIS. placet hoc;
 sic itur ad stygem.

Eiusdem
 generis.



ACTVS IV. AR-
 GUMENTVM.

Der vierdt Act sich jetzt thut anhebn/
 Da sich bald hteher wird begeben
 Atheus ein vngrathen Kind/
 Desgleichen auch man hie wol find.
 Der nur pflegt zu fressen vnd sauffn/
 Vnd in all Hurenglack zu lauffn.
 Der macht sich erst beschwert gar viel/
 Das doch nicht wiederkommen wil
 Dromo der Bot mit seinem Belt/
 Den er gesucht weit auff dem Felt.
 Aber bald kömpt Dromo gegangen/
 Nach dem er ghabt ein groß verlangn/
 Knickend vnd müd mit einer Hucken/
 Die ihm sein Rücken hart thut trucken.

D

Der

Der bringt ihm Geld/das kan er lachn/
 Thut sich darauff alsbald auffmachn/
 Geht mit dem Bohn in Gnathons Hauß/
 Vnd treiben da das Kalb wol auß/
 Mit spielen/doppeln/sauffn vnd fressn/
 Vnd thun vnter des der Schul vergeßn.
 Elisæus derhalben sich
 Bekümmert schmerzlich/vnd herzlich/
 Schickt Eusebium, vnd lest ihm sagn/
 Sie solln bald in die Schule gahn:
 Sonst woll er sie mit Ruten streichn/
 Vnd drauff aus der Schul gar vertreibn.
 Eusebius zeigt solches an/
 Abr er wird drumb gar hart geschlan/
 Verlacht/vernicht/vbl abgedroschn/
 Denn bey den Buben all lieb verloschn.
 Bald stehn sie auff die vollen Säw/
 Lauffn zur Thais auff die Löffley.

Hieraus köndt ihr nun klärlich sehn/
 Wie es nochmals pflegt zu zugehn.
 Vnd das nicht sey für new zu halten/
 Weils auch geschehen bey den Alten/
 Wenn die Knaben in der Schul nicht all
 Nach des Præceptoris gefall
 Sich wollen lehrn vnd ziehen lassn/
 Vnd thun alle nicht vnd Lehr hassn.
 Merckt auch allhie mit fleiß dabey/
 Was doch die rechte vrsach sey/

Warum gar viel Schültr vmb thun schlagn/
 Vnd verderbn in jhrn jungen tagn.
 Drey sind derselben/ mercket sein/
 Die erste sind die Mütterlein/
 Die wol dem Söhnein gelt thun gebn/
 Davon sie mögen Vüßisch leb'n.
 Die ander ist die böse Rott/
 Die manchen bringt in angst vnd noth.
 Die dritte sind das loß gefind/
 Die frommen Eltern jhre Kind
 Von der Schul abhalten/ jhm darnebn
 In jhren Häußern vnterschleiff geben/
 Helffen sie bring'n vmb Ehr vnd Gut/
 Weh/ weh/ weh dem / der solches thut.
 Wenn es wer ohn lose Leut/
 Bey den erstorb'n all Erbarkeit/
 So köndt wol mancher frommer Sohn
 In der Schul ohn all spott vnd hohn/
 Zu allen Ehrerzogen werd'n/
 Vnd ein grosser Mann sein auff Erdn.
 Derwegen / o jhr lieben Knabn/
 Wolt jhr Gotts huld/ der Welt ehr habn/
 Thut nicht zu solchen Leuten trabn.



VRSI VLTORES ELISÆI.
ACTVS IV. SCENA I.
ATHEVS, DROMO,
AMATHES.

Septena-
rij Iambi-
ci Acata-
lecti.

D Esessus sum ambulando; vt, Dromo, te cum
tua mora
Superi, inferiq; omnes diris exemplis perdunt!
Domi ipsum quarebam: rediisse domum omnes
pernegant,
Sed singulis expectari momentis asserunt.
Ergo rectè excurro in campum, qua itur hūc è pa-
tria;
Ibi collem quendam præcelsum conscendo, è quo
patet
Conspectus in longum simul, & latum liberrimus.
Circumspicio; neminem vsquam conspicio nec ca-
nem quidem,
Nec, quod multo est minus, culicem. iam ad vos re-
uertor hūc
Aegrè ferens tam diuturnam hominis claudi ab-
sentiam.
,, Spes namq; & mora in pectore magnam aegritudi-
nem cient,
illi præsertim, qui voluptati se deditit,
Adeoq; ad istam rem pecunia valdè indiget.
Nam sine pecunia torpet Bacchus, friget Venus.
Quam vellem huc ipsum nunc venire! prob summe
Iupiter!

In tem-

in tempore aduenit. Non hic Dromo est? hem! im-
mo is ipse est.

DRO. Sudore ferme diffluo, tam celeriter equidem
in via me moui; tum aestus solis est valde grauis,
Et haec, quam porto, sarcina in collo non est leuis.
Tandem quae sit mei conformatio corpusculi,
Videtis ipsimet populares iucundissimi.

ATH. Dromo! DRO. Pede altero sicut Vulcanus
claudico.

ATH. Dromo, Dromo! DRO. Tum instar Cameli
gibbosus sum. AT. Eho!

Dromo, Dromo! Quid garrit stolidissimus omnium?

DRO. Quis me interpellat tam impudenter? oh!
en, Atheus est!

Conueniam. Salue, mi Athee. ATH. Oportune; te
ipsum volo;

Sed ubi tam diu? DRO. multae sunt causae, quare
tam diu.

ATH. Mitte has ambages, & potius rem ipsam e-
differe.

DRO. Mater cum primis te iubet saluere plurimum,
Et te valere adhuc, gaudet. ATH. ipsa quomodo
valet?

DR. Recte. AT. Quid offers a matre? DR. En hoc
quicquid hic nummorum inest.

ATH. Hoc efficit vultum bonum ac hilarem. Quid
amplius?

DROM. In corbe isthoc pernam, & alias reperies
cupedias. *In quibusdam.*

D 3 [AT.

AT. O lepida mater, ut te sospitet diu Deus.

Quid his addebat insuper? DR. præcepta plurima.

AT. Quæ quæso? DR. O. te dignum genere tuo semper geras,

Memor illius, qui sese fursuri commisceat,

A porcis illum deuorariet. ATH. Faxo hoc lubens.

DR. Dein,

Ne maceres caput lucubrationibus,

Ne fors phrenesin aut maniam tibi inde contrahas.

Plures enim nimis euasere diligentia

In moriones, quam doctores. AT. sollicitudinē hanc

Matri meæ adimam quàm facillimè, quid amplius?

DR. Aeris quæprimū egeas, illud indices per lueras

Et se subuenturam tibi. AT. laudo, & te diligo

Meritò mea mater. DR. Immò meritò tu eā diliges.

AT. Sed quid senex? DR. An non satis nosti mores patris?

Difficilis, asper, parcus, atq; sordidus Euclio est.

ATH. Nil de suo addebat? DR. Ne assem quidem.

Grauisimè

Verbis asperis matrem accusabat indulgentia,

Vociferans intensè: Hem tu mihi corrumpis filium.

Tandem post longas rixas scripsit hanc epistolam.

Iratus. AT. Hem cedò legam. Proh fermè iugerum.

Longa est! DR. Quid scriptitat? ATH. Nil prorsus

noui, ut solet,

Summa huc redit breuiter: Vult me citò fieri senē.

DR. Indignum est hoc omnino ætate tuâ tam flo-

ridâ,

In tanta praesertim paternarum opum affluentia;
An nescis Proverbum: Parcus requirit prodigum?
AT. Rectè meherclè sapis. Pro verbo hoc vnico tibi
Hodie viginti plena vini vitra praebibam.

DR. O gloria, & decus iuuentutis pulcerrimum;
Facere non possum, quin caput tibi demulceam.

AT. Heus, age
Hinc exemplo mecum Gnathonem accedas, qui
habitat hac

Platea. Hic ad potandum sumamus aliquot dies.

DR. Si sic lubet: fiat sanè. AT. Quis accedit? en
Amathes est noster. eho quorsù? AM. ad Gnathonè,
vt antea decreuimus. Quò tu? AT. eò. AM. eamus
ergò. AT. Tu

I praesens, fores pulsa, ac vti pateant fac ilicò,
Ne diu morari nos ante ades hìc oporteat.

ACTVS IV. SCENA II.

GNATHO, AMATHES, ACOLASTVS,
ATHEVS.

Senarij

Qvis pulsat ostium? AM. quin aperito protinus. Iambici

GN. Hè quos desideramus adsunt. Vos mihi Acatal,

Salui sitis hospites exoptatissimi.

Quare non introite? quid statis, vt canes

Pulsi è culina? Iamdudum parata sunt

Ex sententia omnia: in promptu est melicratum,

Vinumq; ; tùm iacent in mensa plurimæ

Chartæ lusoria, frilli, ac alea.

D 4 AC.

DEI.
Deus.
ota plurima.
ere tuo sem-
t,
hoc lubens.
e contrahat.
tudine hanc
id amplius?
s per literas
e diligo
u eã diliges.
nosti mores
ucio est.
em quidem.
entia,
mpis filium.
pistolam
è iugerum
Nil prorsus
ò fieri senè.
a tam flo-
In

AC. Heus! introite; has aedes nostras incolunt
 Bacchus, Venusq; hic habitare est perquam bonum.
 Heus Athee, heus, hunc tibi vno haustu vitreum scy-
 phum

Propino! AT. Sit saluti. AC. Puer, heus; iterum
 ocyus

Infunde; & isti reddito. Quis hic bonus
 Sodalis? AM. Est Dromo, qui nuper attulit
 Athei crumena laridum. AC. ô factum benè!
 Gaudeamus, fratres, & bibamus strenuè;
 Aduenit tandem, qui ferat peccuniam.
 Iuch hoscha ho! quanta hunc diem degemus in
 Latitia, & gaudio! Sequimini me. AT. sequor.
 Et tu sequare mecum intrò Dromo. DR. sequor.
 GN. Intrate, dum calescit balneum; nouaculas
 Omnes acui; sat est lixiuij atq; smegmatis.
 Probè illis per Iouem capita lauabimus,
 Et strictim crines detondebimus,
 Nullo vsi pectine, vt totum planè caput
 Futurum sit glabrum, & Monachi simillimum.
 Sic sum, sic soleo: has artes calleo duas.
 Altera est parasitica; altera est lenonia.
 Et quia iuuentutem soleo seducere:
 Hinc me Neophthoron senes cognominant.
 Quid tum? si me Scholechthron dictitent:
 Nil curo. Occalluerunt aures ad probra
 Iamdudum, & omnis apud me depuduit pudor.
 Modò liceat mihi quadra aliena viuere.
 Summa est: ventris causa omnia dico, facioq;.

Ibo, lauabo, dum calent mei hospites.

Furiæ;

**ALLECTO, MEGÆRA, TISI-
PHONE.**

AL. *Et nos illos & te magistrum principem
Olim in camino inferno perpurgabimus.*

MEG. *Et sulphurata vos lauabimus pice.*

TIS. *Hæc est merces, quæ pro labore hoc redditur.*

ACTVS IV. SCENA III.

ELISÆVS, EVSEBIVS.

Octonarij
Iambici
Acatale-
cti.

Quanta me cura ac sollicitudine tres isti per-
ditissimi

*Pueri afficiunt, qui se iniussu meo subducunt è schola,
Et tantum se dedunt rebus nefarijs, ac ludicris.*

*Neg³ mihi iterum in conspectum prodeunt, vti mo-
dò sciam,*

*Quid de hac re dicant, & quanam in sinistra sint
sententia,*

*Quisue illos corrumpat. Nam certo certius est, esse
quempiam,*

*Qui illos à castris virtutis, ad castra voluptatis a-
uocet. (pium*

*Sic namq³ comparatū est: vt, magistrum si quis im-
Acceperit; ipsum animum agrotum ad partem de-
teriore[m] applicet.*

D 5

Nunc

Nunc affligor atq; maceror tercentum curis anxie,
Ne forte illorum quispiam quid damni dederit al-
teri,

Aut acceperit ab altero: ne quis ceciderit forsitan.
Res sollicita, laboriosa, biliosa admodum est schola.
Heus tu, nescis, ubi latefant? Ev s. mirum, si non
sint apud

Gnathonem. ELIS. quis est ille? Ev. parasitus est,
& calamitas

Nostrae scholae. Pueros nam transfugas recipit, &
occidit.

ELIS. Homo est scelestus si hoc facit, quicumq; sit.
Ev. videlicet.

Vbiq; audit male; sed quid praecipis praceptor op-
time?

ELIS. Abi, dic, ut reuertantur aetutum hac hora
tecum in scholam.

Quod, si facere recusarint; extemplo illos exclu-
dam; abi.

Ev. Dictum, & factum puta. Modò si dictis meis ob-
temperent.

ELIS. Imitari me pastores conuenit, qui morbidas
ques,

A grege segregant, ne totus grex inficiatur con-
tagio.

At quid meor? hora instat. Redeundum est ad ope-
ras scholasticas.

ACTVS

ACTVS IV. SCENA IV.

GNATHO, ACOLASTVS, ATHEVS,
AMATHES, DROMO.

Disticha
Elegiaca.

Mittite tristitiam fratres, exporgite frontem;
Vestraq; letitia dedit corda mera.
Ludite nunc hilares, potate, vorate, parate
Gaudia, vos letis exhilarate iocis.

Qua mora vos morosa tenet? quis praeibit haustum
Ocyus? AC. Ecce tibi faustus hic haustus erit.

Septena-
rij Iambi-
ci Acata-
lectici.

Infunde rursus. GN. an lux tantula lusit antibus
Sufficit? AT. vix. Immo promoueamus huc mensam
foras. (maximè?)

AC. Rectè. AM. Probè. G. sed cui vestrū fauet fors
AM. An non vides? qui plus coaceruauit pecunia.

AT. Pergamus. AM. cedò chartas, vt inuicem com-
misceam;

Hæ mihi arrident mage charta picta, quàm ficta
sophum;

Ex his enim voluptas: ex illis capitur dolor. (mibi
AT. O fors fortuna, cur me omnino deseris! quid es
Inuisa tãtopere? cur lucrū mihi omne hodie inuides!

Vt te pessudent omnes Furia simul, & cacodæmones;
Tu fortè causa infelicitatis es tantæ mihi. deas?

DR. insanis. AT. Hæ scelus, ficcine mihi respon-
DR. Hem cape tibi hoc talictrum. DR. Heu iniquè mecū
agitis! AT. Quid heu?

Geminabo, nisi taces. DR. Quanam hæc est contu-
melia?

AT.

ACTVS

EI.
uris anxie
dederit al-
rit forsitan.
est schola-
rum, si non
arasitus est,
recipit, &
quicunq; sit.
præceptor o-
um hac hora
illos exclu-
ictis meis ob-
qui morbidat
ficiatur con-
m est ad ope-



AT. Tace. AC. vah, non intelligis? ludos tantum facit.

AT. Heus, hoc vitrum tibi propino plenis faucibus.

DR. Satisfaciam quantum queo. Nam ultra vires suas

Nemo obligatur. Iam diu satis me sentio

Bibisse. AC. Quid tum postea? quin bibe aut abi statim.

DR. Abibo. AT. Quid coeptas? an noster tute proditor

Eris? Remane, si non vis vapulare duriter.

DR. Potare non possum amplius. Natura non fert mea.

AT. Natura seu ferat, seu non ferat: mane, nisi.

DR. Manebo vobiscum, sed hac conditione: forsitan si quid praeter spem euenerit; veniam detis mihi.

AC. Pape pape! quod monstrum hoc cum pallio Platonico?

AMA. Proh Iupiter! felis est scholastica, mures relíquos

Observans, & prodens suis latentes latibulis.

AT. Cognosco è vultu; nos ut observet ac prodats venit,

Aggrediamur illum, & deludamus insulsiſſimè.

ACTVS IIII. SCENA V.

EVSEBIVS, ATHEVS, ACOLASTVS,

AMATHES, GNATHO, DROMO,

GABRIEL.

Salut

Eiusdem
generis.

Salute vos impertio, sodales optimi.

AT. Si vis sodalis noster haberi: huc asside.

EVS. Absit hoc à me. quin quicquid iussus sum,
exequar.ATH. Quid ergò demum? quanam hìc est tibi
curatio?Expone. EV. Exponam: Elisa me noster didascalus
Huc mittit, ac iubet, relictis vt rebus omnibus

Mecum scholam petatis. AT. Quid tibi vis, carnifex?

EVS. Mecum scholam petatis. AT. Quid dicis de
schola? tace.AC. Domus hac nostra est, in qua studiosè exerce-
mur, schola. (& hi

Hi sunt libri, quos volvimus; hoc est atramentum,

Sunt calami scriptorij, quibus atramentum insun-
dimus.EVS. Pudeat te iocari tam scurriliter. AT. Quid
derides nos verbero?EVS. Verum dico. AT. Quid verum nominas tri-
furcifer?Tace sis, aut indingam alapam tibi Cyclopicam.EVS. Caue sis ne me attingas. ATH. Quid derides
nos verbero?EVS. Verum dico. AT. Non cessas? agite irruamus
ocys,

Adoriamur, inuolemus in crines mastigia.

EVS. Heu mihi, heu mihi! AT. Quid clamitas, do-
let ne? pergite.

AC. Sape id equidè exoptavi, in commodo dari loco

Hunc

Hunc nequam, vt toties illatam vlciscerer iniuriã,
Nunc perprobè vlciscor. A M. Sic fas, & equum est
plectere

Feles, luposq; scholasticos; hæc eis sunt præmia.

E V. O scelus inauditum! ô extrema iniuria! A T.

Quid? hem

Oggannis furcifer? E V. Dispereã, nisi hanc iniuriã,
Et rem totam ad præceptorem confestim deferam.

A C. Hem quid minaris insuper impurissimè om-
nium?

Num iste in tota Palaestina iam regnum possidet?

Pessum eat Elisa, cum schola, cunq; suis omnibus
Muribus, Felibus, Graculis, & vespertilionibus.

E V. O impietas! non hominis, sed bouis hæc oratio
est.

A T. Videte confidentiam istius mastigie,
Quid cessamus? rapite, tundite, colaphis defigite
Hûc improbissimorû omnium nequã improbissimû.

A M. Hem vapula! hem tibi! hem! sic datur, qui
prodit alterum.

E V S. Heu mihi! A T. Ferite, rapite sublimem, si
non tacet.

E V S. Obsecro populares, ferte mihi innocenti nuno
opem.

G N. Quæ turba hæc est? quis hic tumultus est? qui-
escite.

D R. Diuerberastis ad necem miserum, iam mittite,
Sat inflixistis verberum, dimittite. Et tu abi.

E V. Fugiam antequam intercludant etiam spiritû.
Sed

ACTVS IV. SCENA VI. 63

Sed est profectò summus in cælo summo Deus ;
 Qui quæ mala nos facimus, videt, audit, atq; iudicat;
 Ab hoc impunè nequaquam auferent scelera sua.

GAB. Certè non auferent ; manet illos certò cer-
 tius

sua pœna. EV. Deum mihi astitisse suo angelo,
 Satis potenter sentio. Nam si hoc absq; parastate
 Fuisset : omninò perissem à tantis ictibus.

GAB. Verum est quod dicit. Nam si non repressis-
 sem his meis

Manibus: Atheus pugionem ventri impegisset ipsius.

EV. Nunc ibo, totumq; negotium nostro didascalo,
 Sicut fuit gestum, narrabo. GAB. Te sequor comes.

EV. O quantam ego hac narratione addam æ-
 gritudinem !

ACTVS IV. SCENA VI.

ACOLASTVS, ATHEVS. AMATHES,
 GNATHO, DROMO.

Spondai-
 ci senarij
 catalectici

Hæc postquam depulsa est nubes nimbofa,
 Certemus potando rursus securi.

Quis respondebit ? poculum hoc propinabo.

AT. At non sat tutæ ad potandum hæ sunt ædes.

AM. Quid ni ? AT. Nequam casus nuper confestim

Hoc præceptori dicet, qui ira accensus,

Lictores, qui nos captivos abducant,

Emittet. AC. Perquam prudenter sentis. Quod

si non : in scyllam insperatò lapsi essemus.

AT.

AT. Ergo nos hinc subducamus. AM. Quò verò?

AC. Ad nostram. ATH. Immo ad nostram. Namq[ue]
eius non longè

Aedes hinc distant. AC. hîc rectè, & securè
Pergracari, & scortari concedetur.

AT. Ergo citò fugiamus. AC. eamus. ATH. eamus.
AM. eamus.

Duo He-
xametri
Heroici.

GN. Quò fugitis? remanete. AT. valeto. AC. va-
leto. AM. valeto.

DR. Lator tandem aufugisse illos: iam tuò
Abscedam, nec post vnquam conuersabor
Cum illis scurris. O vitæ humanæ pestes!
Sic fit, si adiutrices sunt matres natis
In peccatis, vt sunt matres illorum.

ACTVS IV. SCENA VII.

THAIS & PASICOMPSA
Meretriculæ.

Senarij
Iambici
Acatal.

Fortassis admiramini, qualis sim auis?
Si spectetis faciem meam fuco illitam,
Et vestitum diuersicolore: fortè me
Dicetis esse corniculam illam Aesopicam.
At si spectetis incessum atq[ue] cycladem,
Pauoni me putabitis simillimam.
Si, quam fero coronam summo in vertice;
Me non iniuria credetis vpupam.
At enim vero nulla illarum existo alitum:
Columba sum: Veneri meæ nam præsi

Columba

ACTVS IV. SCENA VII. 65

Columba sacra est, & mei sic me amasii
 Vocant: & quidem non absq^{ue} causa. Nam mea
 Aedes columbarium existunt, vbi modò
 Hi aduolant, modò illi inde euolant: modò ibi aliq^{ui}
 Admittuntur; modò aliq^{ui} emittuntur iterum.

Hic est meus mos, meaq^{ue} farinae foeminis.
 Vxores vnico contentae sunt viro:
 Meretrix vno nequaquam contenta est proco.

Plures requiruntur qui isthanc alant auem
 Tam sumtuosam. Proh Cupido! proh Venus!

Hic aduolant tres simplices columbae,
 Quae meritò stulitiae suae penas luunt.

Heus Pasicompsa! prodi. PAS. Quidnam vis, hera?

TH. Hæc est auis allec^{tr}ix, qua soleo fallere

Columbulas incautas. Consiste huc, sodes,

In valuulis nostri columbarij, & agè nunc

Illas (viden^t) columbas grato murmure

Tuisq^{ue} ocellulis formosis allice.

PAS. Satis est scienti, nec dubites; certissimè

In retia, & plagas nostras prada incidet.

ACTVS IV. SCENA VII.

THAIS, ACOLASTVS, ATHEVS, PASI-

COMP SA, AMATHES, ALE-

CTO.

Ostona-
 rij Iambi-

OH animula mea! oh Acolaste! oh Athee! oh A-
 mathes mellee!

Aduentus vester est mihi profectò exoptatissimus.

E ACOL.

ÆI.
 Quò verò?
 tram. Namq^{ue}
 securè
 TH. eamus.
 to. AC. 74^a
 m tuò
 bor
 es!
 VII.
 SA
 uis?
 am,
 m.
 ,
 tice;
 um:
 sidi
 Columba

AC. Tuusq³, conspectus nobis profectò est iucundissimus.

TH. Sed vnde tam serò vino madidi? AT. Quin amore saucij.

Oh Thais! oh sine te paulū amplexari brachijs meis!
Quàm lepida, quàm formosa es! omnes Veneres & Cupidines

In te naturā contulisse iudico. TH. pro verbulo hoc Tibi cape basium. AC. Et tu istud vicissim percipe.

AM. Si par pari refertur. TH. sed quæ vos iam causa huc agit?

AC. Amor, voluptas, & Venus Bacchi pedisequa & comes.

TH. Allice! inuolabunt. PA. huc adeste; hinc Amor, Voluptas, & Venus,

Amplexus, suauiationes atq³, morsuuncula.

AM. Audin' quid dicat? oh amore totus, Aetna instar, aestuo.

AC. Ego verò postquam aspexi istam, quasi potò Citæces poculo,

Sciens volensq³, insanio. AT. verum mihi hæc oratio est

Viscus, quo captus hæreo; ceu mus hærescit in pice.

AC. Quid ergo stamus hinc, vt bubuli: cum clausa sunt fores?

TH. Quid statis? cur non introitis? en, patent vobis fores.

AC. Intra mus; hodie tecum, Thais, omnes pernoctabimus.

TH.

ACTVS IV. SCENA VII. 67

TH. Quid ni? iam dudum sunt vobis strati, & parati lectuli;

Intrate tantum. AC. Salve Pasicompsa mellitissima.

PAS. Et vos saluete; vos ad nos venisse gaudemus admodum.

AT. Et nobis te amplexari licere gaudemus intime. O suave suauium! pra quo amarum est omne mel, et saccharum.

TH. Occlude valvulas. ha ha ha! ha ha ha! captae sunt columbulae,

Captae sunt. AL. Captae sunt, ha ha ha! hic iannus ad Orcum panditur.



ACTVS V. ARGVMENTVM.

Im end leufft die Tragœdia,
 Der fünffte Actus ist nun da.
 Elias der nun wil von hinn
 Vnd gen Himmil gricht all sein sinn /
 Mit Eliseo kömpt hieher /
 Derselbe sich beklaget sehr
 Vbr der drey Buben bößheit groß /
 Vnd wie er ihr wer gerne loß.
 Drauff gehn sie beyde an Jordan.
 Vnr deß machn sie sich gar darvon.

E ij Lauffen

AT. Quid ni? iam dudum sunt vobis strati, & parati lectuli;
 Intrate tantum. AC. Salve Pasicompsa mellitissima.
 PAS. Et vos saluete; vos ad nos venisse gaudemus admodum.
 AT. Et nobis te amplexari licere gaudemus intime.
 O suave suauium! pra quo amarum est omne mel, et saccharum.
 TH. Occlude valvulas. ha ha ha! ha ha ha! captae sunt columbulae,
 Captae sunt. AL. Captae sunt, ha ha ha! hic iannus ad Orcum panditur.

Lauffn aus der Schul schnell vnd geschwind
 Die drey ganz vngerathne Kind.
 Nach dem nun aber Elias
 Gen Himmel auffgenommen was:
 Elisa sich macht auff die Reiß/
 Geht gen BethEl mit saurem schweiß.
 Als er nun bald allda ankommn/
 Habn das die drey Buben schon vernommn/
 Fallen ihn an mit grossr begier/
 Nicht anders wie die wilden Thier.
 Bringn in geschwinder eil bald auff
 Der bösen Buben ein grossen hauff/
 Verspotten / vnd schenden ihn sehr/
 Als wenns der grösste Landscheim wer.
 Heissn ihn ein Kalkopff vngestüm/
 Abz bald kehrt sich das Blätlein vmb/
 Denn der Prophet Elisa hie
 Stracks nieder fellt auff seine Knie/
 Bitt Gott vmb rach/darauff alsbald
 Zween grimmige Bärn aus dem Wald
 Reissen herfür/ vnd gar geschwindt
 Die verruchten vnd verfluchten Kind
 Mit ihren Zänen thun zerbeissn/
 Vnd sie ganz grimmiglich zerreissn.
 Drumb ihr Eltern mit weh vnd ach
 Verführen eine grosse klag.

Also nun dieses vnser Spiel
 Sich endet mit wehklagen viel.

D ijt

D ihr Schüler vnd Knaben all/
 Seht vnd versteht hie allzumal/
 Wie doch alle Gottlose Knaben
 Ein greulich end zuwarten habn.
 Eh einer solt vngestraftt bleibn/
 Eh müsten ihn die Bärn auffreibn.
 Wie ihr jeko hienon mit mehrn
 In dem Epilogo werdt hörn/
 Drumb last euch vom Teuffl nicht bethörn.

ACTVS V. SCENA I.

ELISÆUS, ELIAS.

Tambici
 septenarij
 Acatale-
 ti.

Siccine est, Elia, vt intus dixti? EL. sic est. ELI.

*anne te
 Ad crastinum, præceptor dignissime obseruantia,
 Ex istis terris eximet Deus? EL. planissime.*

*ELIS. Quàm vellem vt aqua pars felicitatis mi-
 hi foret*

*Tecum! quàm vellem commutare miseram hanc
 sortem simul*

Cum sorte, & vita fortunatiore calitum!

Nam quid schola aliud est, quàm puluis aegritudinũ

Cum primis in hac desperata iuuenta malitia,

Quæ nullis propemodum potest coerceri modis,

Sicut sua sat contestantur pertinacia

Tres illæ nostræ pestes ludi literarij.

EL. Mirari non possum satis illorum pernicitatem

Tene insalutato emasere è schola? Eli. factũ est ita.

E 3

EL.

EL. Iusq̄, postea se tamen noluerunt sistere?

ELIS. Videlicet. EL. Nec hac nocte ad te redierunt
domum?

ELIS. Ab neminē illorum conspexi istis oculis meis.

EL. O scelus infandum! ô cœcitas! ô proteruia!

Cur non in istos nequam animaduertis grauissimè?

Cur non extrudis è schola, sicut te iusseram?

ELIS. Id quidem minatus sum, mecumq̄, animo
decreueram;

Verùm, sicut fieri solet, cogitanti plurima

In mentem veniunt, quæ me à proposito meo abs-
trahunt;

Parentes, ætas florida, turpitude infamia.

EL. Meritò parentibus illorum parcendum est quæ-
dantenus,

Nam duo Prophetico publico funguntur munere.

In vrbe Bethel, atq̄, in tota illa vicinia.

ELIS. Hoc ipsum est quod metuo, ne tali fortè in-
famiâ

Nostro simul macula, & labes aspergatur ordini.

EL. Quid ergo facies cum illis? ELIS. rem omnem
indicabo parentibus,

Ne conqueri possint se non præscisse id antea;

Causamq̄, tantæ prauitatis expiscabor. EL. ah!

In causa sunt matres duorum, & tertij Pater

Præfectus oppidi Bethel. ELIS. Placet hoc? EL.
maximè.

At eamus, et nostram ingrediamur ambo nunc viâ.

ACTVS

ACTVS V. SCENA II.

ACOLASTVS, ATHEVS. AMATHES.

HERI profectò lautè molliterq; nos curauimus; Iambici
Octonarij
Acatale-
ti.
 Hⁱⁿ multã namq; noctem poculorũ tum certa-
 Choreas, suauitates, et ludos produximus. (mina,
 Prob quantam vitrorũ vim solus Thressa Amystide
 ebibi! (let caput,

Nec dum illam omnem edormiui crapulam; hinc do-
 Et tantam adhuc in cerebro sentio grauedinem,
 Ut ferè iurauerim totã Lemnũ cum suis Cyclopibus
 Intro migrasse, qui feriant alternis illud iclibus.

At nunc inspicienda est crumena quã mihi credidit
 heri (pecunia

Atheus acceptã à matre: & videndũ, quantũ adhuc
 Possideat; per multũ certè ademerit cella hinc vinaria.

Eheu mihi! heu mihi! nil amplius superest pecunia;
 Vacuũ reperio nidulum: sed nocte hac Thais alites
 Abripuit, haud existimans, quantò partæ labore sint.

Me miserũ! nec terunciũ nũc amplius habeo vnicũ,
 Vnde restum emam, quò me suspendam præ dolore,
 quem hoc magis

Exasperat. Nam cum manè hoc è lecto me euoluerẽ,
 Coepi cogitare quantũ iniuria à nobis Eusebio heri
 Sit factũ, id q; nouus Magister haud finit certissimè
 Inultum abire. Ergo exploratores emisi iam modo
 Arbeum, et Amathẽ, qui inquirant in quo res nostræ
 sient loco.

Ros hãc expecto. prob! oportunè reflectũt huc gradũ.

Quid portatis, noui sodales? AT. perturbauimus
omnia,

Omnes scholæ pariter crabrones in nos concitauimus.

AM. Nouus scholæ Didascalus diro furore percitus
Ignes, & fulmina spirat, & minas tonat grauissimas,

Et nos hodie casos cum infamia constituit è scholæ
Excludere publicè. AC. Quis hoc vos certiores reddidit?

AT. Vah, quis? totam per urbem fama hæc de nobis percrebuit.

AC. Quid ciues aiunt? AT. plurimi scelera nostra
Diris deuouent,

Et iuste nobis infligi pœnas apertè dictitant.
Paucissimi, inprimis verò Gnatho, nostram vicem
dolent;

Et hi fugam suadent, nobisq; consultum optimè
volunt.

AC. Quid tu suades? AT. melius est præuenire,
quàm præueniri.

AC. Quid hoc? AT. adornemus fugam, domumq;
abeamus ilico.

AC. Consilium hoc non displicet. Sed quid parentes
nostri? AM. vah! pater

Meus nec verbulum commutabit mecum. AT. cum
matribus

Nostri hoc inceptum placebit, tam scio, quàm digitos
meos.

AC.

Ac. Sed quid patres? AT. facile hos suis matres
logis delenient.

Nos verò omnis generis vndiq; confingamus men-
dacia,

Quibus fugæ omnem culpam in ipsum Magistrum
deriuabimus.

Am. Quid ergò cessamus tardi? conuertamus nos
in fugam!

AT. Nos fugimus: sed tu schola sola maneto, valetò, **Distich.**
Et post nos alios ludito, lude patris.

Furiæ ALECTO.

Et nos vobiscum fugimus, mox rursus & ipsi **Distich.**
Nobiscum ad stygias effugietis aquas.

ACTVS V. SCENA III.

ELISAEVS.

[Lle nunc recessit in coelum feliciter
Abreptus ignito curru. Proh Ioua! proh!
Proh quàm repentinus fragor cum fulmine!
Quam subitus fulgor imminebat calitus!
Totus Iordanus hoc tumultu concitus
Intremebat, & cursum retro flectere
Videbatur: Ego totus horrebam metu
Postquam istud aspexi; sed tu salue, & vale,
Elia sancte, coelestis sedis incola:
Oquis te nunc vsquam existit beatior!
Nunc tuum animum caelesti comples gaudio;

Es

Ego

Ego verò adhuc tot inter vitæ miseras
 Humi moror, mortem mecum circumferens.
 Interim tamen me consolatur suauiter
 Hoc pallium tuum, quod hinc nuper abiens
 Reliquisti, vt nostri sit amoris symbolon.
 Hoc simul ac attigi mea manu: statim
 Vis atq; virtus me incolentis spiritus
 Cœpit magis magisq; in me vigescere;
 Nunc ergò latus rectà dirigam gradum
 Versus Bethel, vbi parentes istorum agunt
 Nebulonum, quibus illorum scelera aperiam.

ACTVS V. SCENA IV.

ACOLASTVS, ATHEVS,
 AMATHES.

Iambici
 septenarij
 catalecti-
 ci.

AD vos ibam. ATH. & nos ad te. AM. Quare
 conuenimus
 Hic commodè. AC. Quid me vultis? AT. paulisper
 hinc in

Campum expatiemur animi gratia. Vidēsne
 Quàm clarū sit solis iubar? AC. comitē hinc habetis.
 Sed quomodo stetistis apud vestros parentes?
 AM. Ob optimè; meus me laudabat Parens, &
 Hoc approbabat inuentum, & sic inquebat:
 Fili, non est opus multo caput labore
 Vt obtundas, & te ipsum redigas ad furorem.
 Est vnde viuas; est hereditatis ampla
 Et lauta, & pinguis pars tibi expectanda quondam.

TAN-

tantum ad mores hominum te adaptes multiformes,
 blandè adulari consuefcas, temporiq;
 seruire difcas; hoc lucrum nunc est profecto
 horribilimum. Cætera mendicant vniuerfa
 artes, aut vilem certè mercedem merentur.

AT. O lepidū patre, cui ferè similis mea mater est!

AM. Quid ergo mater? AT. quid? ridebat, atq; no-
 strum

ceptum tam callidum probabat vniuerfim.

AM. dixit, si mansiffes: tum fortassis iste

horribilius te vsq; ad necem diuerberasset,
 cum sis puer perquam mollis tenellulusq;.

AM. Quid pater? AT. non est domi; nondum re-
 sciuit isthac;

at placatum mihi mater rursus reddet illum.

AM. Quid tu taces, Acolaste? cur stupes, timesq;?

AT. nondum in gratiam patre cum tuo redisti?

AM. Matri quidem fuga perplacet: verum parenti,
 est austerior, non admodum placebat:

at intercessione matris acquieuit.

AT. Ergo metum seclude; cur subtristis es? Nunc
 res omnis in vado est; in portu nauigamus ipso.

AM. Nescio qd mali ominis mihi mens psagit intus.

AT. Quid sic ineptis? nuga sunt inaniore

periculis Siculis; quin frontem exporrigas, & omnem
 remittas mœrorem; Tu pilam deprome fundâ.

AT. iam ludamus, & melancholicum cruorem
 hic discutiemus. Heus, depone pallium, ac ne

periculis estuemus, quoq; thoraces exuamus;

Hic

Hic est meus; cedò huc, Amathes, tuum, tuumq³, tu.
 Hic suspendam, ne dum iacent humi, terantur
 Et polluantur pedibus, inter cursitandum;
 Sic expeditius poterimus lufitare.

Nunc ordiamur ergo ludum; tu sinistrum,
 Acolaste; tuq³ dextrum, Amathes, latus occupato.
 Ego hìc consistam in media area, pilamq³ vobis
 Vtraq³ ex parte transferam; tu mitte primò,
 Amathes, pilam manu; sed tu remitte missam.

A M. En mitto; heus, excipe. A C. excipio, modò mit-
 te. A M. mitto.

A C. Remitto. A T. non rectè remittis; expeditè.

A C. Remitto. A T. sic decet. Remitte tu vicissim,
 Sed prob Deum atq³ hominum fidem! non hìc est

Elisa

Didascalus noster? A M. vbi, vbi? A T. non cer-
 nis? hìc

Incedit agro per viam. A M. quid ergo? A T. quid

Iam sese commodus locus, atq³ tempus offert,

Vbi probè illum vlciscemur. Vos hìc manete,

Et quidnam fortè dicat, auscultate fratres.

Ego manipulum puerorum improbissimorum

Huc euocabo, qui caluum silicernium istud

Suis sannis eludant satis amarulenter.

ACTUS



ACTVS V. SCENA V.

ELISAEVS, AMATHES, ACOLASTVS,
ATHEVS.

Senarij
Iambici
Acatale-
cti.

ENTandem apparent vrbis Bethel moenia,
Vbi Iacobus olim in somnis cominus
scalam conspexit summa longitudinis,
in qua ibant, ac redibant mutuo angeli.
Iam verò in hoc habitant parentes oppido
Trium meorum degenerum scholarium.

AM. Audin', quid dicat? AC. audio; sed ampliùs,
Quid dicat, auscultemus. ELIS. Horum facinora
ad illos deferam, ne nescij fient.

AC. Nos accusatum huc aduenit caluus senex.
AM. Quid tum? nos ipsi sannis respondebimus.

ELIS. Nec dubito, quin agrè ferant, ac seridè
illos castigent propter tantam malitiam.

AM. Pergit suam offundere in nos virulentiam;
Vtinam nunc rediret Atheus! AC. en, redit.

AM. Redit profectò. oh quantum puerorum gregem
cum ducit! propera. AT. Pueri, mouete vos

celeriùs. quid garrit senex delirus? AM. oh,
delirat, atq; in nos desauit insuper

minis, & nos apud parentes omnium
simulabit criminum, quae perpetravimus.

AT. Quid ais? tanta & adhuc senis est confidentia?
AM. Planissimè. AC. Quamobrem cum deliret is,

nos debacchemur in ipsum contumelijs,
diçterijs, probris, ludibrijs.

Agite

AEI.
m, tuumq; tu
terantur
lum;
rum,
itus occupati
amq; vobis
e primò,
tte missam.
pio, modò mi
is; expedite.
e tu vicissim;
n! non hic
AT. non cer
rgo? AT. quid
mpus offert,
manete,
fratres.
issimorum
um istud
ter.

ACTVS

Agite ergò sodales; agite pueri; agite, agite;
 Caluum senem hunc exerta lingua eludite,
 Et friuolis conuicijs proscindite.

ELI. O summe Ihoua! quisnam hic furum est ma-
 nipulus?

Qui sunt duces? eheu mihi! quos conspicio!

Eheu mihi! duces istius agminis

Hi ipsi sunt degeneres alastores mei!

Ob scelus infandum! in me impetu magno irruunt.

Quid moliuntur? quid cœptant? quid clamitant?

ATH. Clamate vocis contentione maxima.

G R E X.

Huc huc senex calue, calue, calue, calue, eho!

Huc huc senex calue, calue, calue, calue, eho!

AT. Huc huc; ecquid moraris monstruosum caput!

G R E X.

Huc calue, calue, calue, calue, calue, calue, eho!

EL. Ah filij! quis vos furor cyclopicus

Agit, rapitq;? ah parcite; ah quiescite;

Quid me tam friuolè senem deluditis?

AM. Hem pergite pueri facere conuicium.

G R E X.

Hem calue, calue, calue, calue, calue, eho!

EL. Hoccine est didactron, quod mihi iam redditum?

AT. Hoc ipsum est; nihil enim melius pro meritis es.

AM. Hem pergite pueri facere conuicium.

G R E X.

G R E X.

Hem calue, calue, calue, calue, calue, eho!

EL. Hem scurra, & verberones improbissimi;

Tacete tandem, & os rabidum compefcite,

Pœnamq; Diuinam demum exhorrescite.

Est, est Deus, qui prospicit, atq; vindicat

Omnia, quæcunq; perpetrantur improbè.

AT. Ha ha hæ! quid nobis obijcis Deum, senex?

Quid nobis cum Deo, cuius ipsa fulmina

Non huius æstimo; tecum est negotium.

EL. O impietas! ô blasphemia digna fulmine!

ATH. Pueri pergite; si non tacet silicernium,

In os simi, limiq; feces spargite.

G R E X.

Hem calue, calue, calue, calue, calue, eho!

EL. Non possum me diutius continere, & has

Audire, & deuorare tot calumnias.

Ihoua potens, cuius Nomen, Numenq; tremiscunt,

ἡρώων
heroicum

Terræq; tractusq; maris cœlumq; profundum.

Aspicias vt rabidum rabido furat ore furorem

Hæc manus immanis furijis immanibus acta.

O age IHOVA, tuum iam nunc vlciscere vatem,

Vt tua maiestas, atq; infinita potestas

Et vis iustitiæ manifesta in luce parescat

Clariùs, & toto magis increbescat in orbe.

Nunc vltionem diuinam spectabitis

Spectatores; ego spectare illam non queo.

Vrsi

Vrsi prorumpunt.

AC. Heu quæ fera huc accurrunt tam velociter?

AM. Vrsi sunt. Hi nobis subitam mortem inferent!

AC. Heu quàm crudeliter fremunt! quam ferociter
Pandunt suos rictus! heu quam cupidè inhiant

Prædæ! AM. Perimus; interimus oppidò.

AT. Fugiamus; obluctemur; ah! pereò; heu mihi!

Belua me mordicùs arripit; heu rectà insilit!

Eheu prosternor! heu conculcor! atteror

Et dentibus discerpor; vae misero mihi!

Nunc hæreo in vrsi, & ipsis orci faucibus!

Vae animæ meæ miserrimæ! vos adiuuate me.

AM. Ah, vae mihi! iam dudum mens presagyt

Hanc pœnam; vae mihi, vae mihi! Ah vae mihi!

Exenteror, dilaniorq; ab isthac bestia.

O populares, ô subuenite! prohi dolor!

Perimus! interimus! eheu! AC. Vae mihi!

Ah! vae mihi! vos ô pueri, vos quotquot hîc

Adestis, exemplo meo consuescite

Præceptoribus vestris reuerenter obsequi,

Et à prauis consortijs desuescite;

Ah, vae mihi! tellus valeto patria;

Valete populares; sed tu Deus meæ

Anima miserere, quam iam iam expiro tibi,

Et illam &c.

Furiæ ALECTO.

Hexame- Tandem iam tandem nos victam ictamq; tenemus
tri Heroi- Prædam atra atq; horrenda abreptam morte; quia
ci. ergo

Nos

ACTVS V. SCENA VI. 81

Nos hîc vltèrius tardas mora tarda retardat?
Heus, agite ad Stygium properè properemus Auer-
num,
Hancq; patri famam referamus. ME. eamus. TI.
eamus.

ACTVS V. SCENA VI.

INDVLGENTIA, PLACENTIA,
MITIO.

E Heu quis tam repente iam foris clamor oritur? [ambici
Quis planctus hic & lamentatio miserabilis? Senarij
Va. va cruentas beluas hâc fugere conspico! Acatale-
Eheu cadauera hominum dilaniata conspico! ti.
Eheu! va va mihi! va! meum Acolastum conspico
Discerprum dentibus ferarum illarum immaniter.
O dolor! ô dolor! ô dolor! ô dolor! ô dolor! ô dolor!
ô dolor! (adhuc?)
Ah vbi sum? quid ago? quid loquor misera? viuone
Va concido! me sustine, Philerga; concido!
Ach das es Gott im Himmel erbarm/
Mein Frau die stirbt mir in dem Arm.
Seht lieb Frau das ist Rosensafft/
Brauchts/ es wird euch bald geben krafft.
PLA. Quis fletus hîc? quis ploratus increbescit vn-
dique?
Prouisam quid sit; ah consternatam Indulgentiam
Video; quid est? quid est? quid est vicina? IND.
quid? heu? viden!

F

PLA.

PL. *Væ quæ cædes, quæ clades hîc? quæ laniena? væ mihi!*

Heu heu meum Atheum! heu heu meum Atheum!
meum Atheum

Euisceratum, & attritum crudeliter equidem

Adspecto; væ mihi mulieri multò miserrima!

Qua miserior nec est, nec erit; væ væ mihi!

Eheu dolor! heu inauditus dolor! tota subito

Dolore disrumpor; tenebræ me subito opprimunt,
Et nox oboritur, & circum nigrescunt omnia.

Væ væ! Fili, fili! væ væ mihi matri tuæ!

IND. O quanta causa his, Fili, Fili, immerisit te
malis!

O quàm funestum, ô quàm cruentum te mortis ge-

Mibi abripuit! PL. væ væ mihi! IND. væ væ mi-
hi! hoccine est

De te speratum gaudium? siccine me hilaras in hac

Mea senectâ? prob dolor! PL. Mors heu miserabilis!

Heu luctuosa mors! heu tristis! heu cruenta mors!

MIT. Prob DEVM atq; hominum fidem! quis
hic? quis lamentabilis

Oritur questus? ab vnde hic vrsorum prouenit

Fremitus, gemitusq; hominum audiuntur horridi?

Mens nil boni præagit; hem, quid vicinas meas

Flentes, gementes, querentes, & lugentes conspicio?

Quæ causa? PL. Væ væ væ! IND. pessum imus
omnes, Mitio.

MIT. Quid istud? PL. ah Mitio. MIT. eheu lu-
ctus! ecquis casus, heu,

Repen-

Repentinus nos obruit? vnde hac internecio?

IND. Vrsi vae vae! nostros vae vae! natos vae vae! suis
vae vae! discerpserunt vae vae! cruentis dentibus.

MIT. Quid audio? memne etiam? meus Amathes quoque

Interijt? interijt heu! hic inter casos iacet.

O contumeliosa mors! ô foeda mors! quis d

Quis casus aut DEVS te tam crudelis perdidit?

PL. O Nate; sic crines tuos concretos sanguine,
Et pedus tam cruentum conspicio? hoc mihi re-

fers

Pro tot laboribus meis, & tot doloribus?

IND. O execranda lux, qua te in lucem solis e-

didi!

O vtinam in primo vitae exordio expirasses ilico!

MIT. Hæc est illustris fama, quam de te semper
mihi

Promisi? sic spei meæ respondes? sic (ehem!)

Honoris alta conscendis, Fili, fastigia?

PL. Nouem te menses sub imo cordis mei sinu

Gestavi pregnans non exiguo cum fastidio.

IND. Satius fuisset si te deprehensum dextera

In lapidem impegissem, atque caput effregissem icti-

bus!

MIT. O quàm labem foedam, & maculam inde-

lebilem

Aspergis hoc letho tuo nostræ familia!

O quantum quantum diminuis, & detrahis

Tu gloria mea, tua morte hac ingloria!

O si dehiscat terra, & me viuum deglutiat!

PL. Quantis tormentis te sub auras huius luminis
Enixa sum quondam! quanta te sollicitudine
Enutriui mamillis his meis! vœ vœ mihi!

IND. O quam felix forem; modò si occidissem ante
te hunc diem,

Ne tam crueni spectatrix forem spectaculi.

MIT. Infamia est certè morte ipsa peior; hæc me-
Animum potissimùm discruciat, atq; macerat. (um
At quid dolore aeterno torquear? quin potius si-
niam

Mihi ipsi ipse dolorem; ad hos vsus facit ensis hic.
Ipsam præstat vitam sibi ferro intercludere,
Quàm perpeti vitam per omnem turpem infamiam.
Ergo moriar dextra hac mea, atq; isthunc ensẽ
meum

Transadigam per pectus, & sic finem faciam infamiam.
mie. (modo

At quidnam molior? me reprimam; namque hoc
Non delebo, sed augebo potius infamiam.

PL. Vœ vœ mihi, si me DEVS! IND. Si me iam
nunc DEVS.

MIT. At verò quid vanas vanis auras plangoribus
Implemus, atq; largas lacrimas effundimus?

Quin seruos euocemus, intrò qui cadauera
Deportent. PL. Euoces tuos; nostri non sunt domi.

MIT. Exite serui proinus. IND. Sed anue pro-
tinus

Deferentur ad sepulchram isthinc? PL. Minimè
gentium;

ntus prius abluamus, & vngamus balsamo,
Et hunc ritu solenni deducamus ad locum
Sepulturae. IND. modò si liceret. MIT. cur non?
non ego

Hic regno? Vos serui deferte intrò hæc cadauera.

Nos insequamur mæsti, & lugeamus inuicem.

Hic solus est honos, qui defunctis corpusculis
Potest præstari; & hoc modo doloris acerbitas
Alioquin mitigari, & alleuariet solet.

At hunc dolorem haudquaquam temporis longin-
quitas

Alleniet: sed cum mærore in fauces Orcias

Descendam. tollunt, insequamur funera ordine.

At verò vos spectatores exoptatissimi,

Quos non attingit hic dolor mærorq; squallidus,

Valete, & si sacra hæc placuit vobis Tragœdia:

Nonno poëta, & actori fauete plurimum.

Et, quod postremum est, vtraq; palma plaudite.

EPILOGVS.

DEmum, spectatores, successu prospero
Ad vmbilicum perducta est Tragœdia.

Nunc quis sit illius scopus, quis vsus, &

Quæ sint in ipsa doctrinæ reconditæ,

Compendio comprehendam quàm breuissimo.

Vos quod fecistis hæctenus, nunc amplius

Arrectis auribus faciles attendite,

Tragœdia hæc scholastica est, scholastico

Gregi dicata, in qua tanquam in clarissima

Imagine, exhibetur totius ferè
 Vita status scholastica; quæ maximis
 Coniuncta deprehenditur cum molestijs;
 Multis curis, laboribus, sudoribus
 Et plurimorum exposita contumelijs,
 Opinionibusq; perquam friuolis;
 Sicut suis docent exemplis hinc satis
 Elias ac Eliseus Didascali.
 Verùm, sub hac molesta mole aegritudinum,
 Hoc recreantur suauiter solatio;
 Dum persuadent sibi, secumq; cogitant:
 Iehouæ singulari prouidentia
 Ad tam duram vocatos se prouinciam,
 Illumq; ipsis presentem adesse, & munus id
 Pium iuuare, & alleuare cominus.
 Alastores verò scelerati & improbi,
 Qui præceptoribus suis contumaciter
 Repugnant, ac illis se nolunt subdere,
 Eos cruentus certè expectat exitus,
 Et tandem pœnis obruuntur horridis,
 Quæ nullis possunt expiari victimis.
 Immo ne fortè quispiam suum scelus
 Impune sese posse auferre somniet:
 Etiam fera, quæ mentis expertes, fera,
 Ab impijs sumunt vindictam catharmatis.
 Et hinc sophorum rex & princeps omnium,
 Rectè vereq; enunciauit in suo
 Prouerbiorum perpulcro libellulo:
 Ocellulus quisquis suum deriserit.

Prou. 30.

Patrem, suaq; matri subiectissimè
 Obtemperare detrectarit nequiter :
 Illum certè secundùm ripas fluminis
 Suis corui exsculpent aduncis vngulis,
 Pulliq; deuorabunt siccis faucibus
 Quos edidit Iouis pennatus armiger.
 Quapropter vos commulsiões optimi
 Cauete diligenter, ne parentibus,
 Et vestris vnquam caris præceptoribus
 Iniuriam inferatis, aut nefariè
 Recusetis sequi illorum salubria
 Præcepta, quæ profecta corde è patrio.
 Felices, quos nostra exemplum Tragediæ
 Probos, cautosq; reddit; illis sunt præmia
 In hoc, & illo destinata seculo.
 Ast infelices ac extremè perditæ,
 Quos nil mouent exempla nec quàm plurimæ
 Hortationes ! Illis certo certius
 Sunt pœnæ hîc atq; illic luendæ perpetim.
 Quod relliquum, spectatores suauissimi,
 Vos noster vates omnes atq; singulos
 lubet valere plurimum, atq; humaniter
 Verbis persoluit immortales gratias,
 Quod attentè ac amico cum silentio
 Nostras coram spectastis actiunculas :
 Si quid potest nostri poëta Musula,
 Hanc vestram prædicabit illa insigniter
 Benignitatem, & posthac plures hoc loco
 Spectandos exhibebit ludos scenicos,


Qui conscribentur in nostræ laudem scholæ
 Ac vrbs, ac senatus laudatissimi.
 Tandem mentes nostrasq; coniunctim manus
 Tollamus in cælum Ihouamq; maximum
 His imploremus votis, & suspirijs:
 Tibi DEVS sit laus, honos & gratia.
 Tu namq; sanctum verbi thesaurum tuum
 Artesq; liberales, & nostram scholam
 Nec non magistratus fideles hæcenus
 Conseruasti paterna pro clementia.
 Tu posthac, vt pater bonus, & clemens quoq;
 Hanc nostram Ecclesiam, Scholam, Rempublicam
 Cures, iuues, ornes, conserues, augeas,
 Et des vti piè, quietè & gnauiter
 Quiuis suo possit perfungi munere.
 Florescat affatim ludus literarius;
 Florescat vrbs, senatusq; vrbs inclitus,
 Et ciues qui fouent, iuuant, alunt scholam.
 Florescat vrbs immunis à periculo,
 Immunis à discordia, & graui malo;
 Florescat vrbs, & vbertim tandem suos
 Effundat rursus è terræ suæ sinu
 Thesauros, ignotum argenti purissimi
 Pondus, suosq; vt olim, ditet incolas.
 Fiat DEVS votum, fiat votum DEVS!
 Fiat DEVS votum, fiat votum DEVS!
 Sic te tuumq; nomen dignis laudibus
 Hic extollemus, ac illic perenniter.

FINIS.

SAMVEL PRINCEPS

COMOEDIA NOVA

Ex cap. IV. prioribus I. Libri Sa-
muelis desumpta.



NOMINA PERSONARVM

Comœdiæ partim ex ipsa narratione hi-
storica, partim ex alijs S. scripturæ li-
bris, quandam propter simi-
litudinem, trans-
sumta.

*Distributæ autem sunt persone iuxta di-
gnitatis, ac diuersitatis ordinem in
quatuor classes.*

I.

IEHOVA

GABRIEL Angelus

NATHAN Propheta

HANNA

SAMVEL *πριγκιπων*

HAGAR Ancilla

ADAM

ABEL } Rustici

CAIN, seruus rusticus

1. Puer, Act. 1. & 2.
2. Adolef. Act. 3. & 4.
3. Vir, Actu 5.

F 5

MA-

II.

MALEACH Præco regni Israëlitici.

- LEVI
- IUDA
- RUBEN
- SIMEON
- SEBVLON
- ISCHASCHAR
- DAN
- GAD
- ASSER
- NAPHTALI
- MANASSE
- BENIAMIN

}
 }
 } Duodecim - viri
 } Reipublicæ Israëli-
 } ticæ.
 }
 }

III.

ELEASAR	Socer Pinchæ
SARA	Vxor Eleasari
REBECCA	Filia Eleasari, & Saræ
DEBORA	Nutrix Rebeccæ
CVSI	Veredarius.

IV.

ELI	Sacerdos
HOPHNI	} filij ELI degeneres
PINEHAS	
DINA	Meretrix
AHALA	Scrutaria
SATANAS.	

PRO



PROLOGVS CO-
M O E D I A E.

Postquam, ciues, & spectatores optimi,
 Quos omnes primò multum saluere iubeo,
 Noster Poëta è claris sensit plausibus,
 Pius placuisse, quam fecit Tragediam,
 De Vrsis Elisæi Prophetæ vltoribus:
 Id ipsi calcar addidit acutissimum;
 Ut inceptum decurrat cursum alacrius.
 Si quisquam enim est, qui iuuare rem litera-
 riam,
 Nec non iuuentam Christianam cogitet:
 In his Poëta nomen profitetur suum.
 Momi verò, ac insanientis Zoili
 Calumnias nullius asis estimat.
 Nec, si maledictis illum insectari ausient:
 Responsione eos vlla dignabitur,
 Fretus suæ conscientia testimonio:
 Se nil hîc queritare aut captare amplius,
 Præter solam Dei solius gloriam,
 Pietatis veræ incrementum feliciter,
 Et tandem Christianæ iuuentæ commodum.
 Igitur comicos veteres, exutos Ethnica
 Profanitate, & vanitate futili,
 (Ob quam DEO ipsorum commenta displicent)
 Indutos verò Christiano schemate
 In Christianorum theatron scenicum
 E sacre scripturæ producit Biblijs.

Quod

PRO

Quod si Poëta quisquam vitio dabit;
 Is omnium iudicio iudicabitur:
 Aut insanire cum ratione perdita,
 Aut verò diuinis profana antepone,
 Non absimilis illis, qui inuento tritico,
 Cum seculo antiquo malint vesci glandibus.

Nunc quid velim animum attendite. appotto
 nouam

Comœdiam itidem è sacris desumptam libris.
 SAMVEL huic nomen est; Quia Samuel eam
 Descripsit in suo priori codice,
 Et primas hic agit partes cum gloria.
 Voluntas vestra si ad Poëtam accesserit:
 Date operam, adeste æquo animo per silentium,
 Ne per tumultum noster grex scholasticus
 Perturbetur. Sed antequam Comœdia
 Agatur; argumentum ipsius prænoscite,
 Quod breuiter hic puer vobis edisseret.

P E R I O C H A C O M O E
 D I A E.

HAnna Samueliscum deducit in scholam
 Ad Eli, qui duos habebat filios,
 Hophin, atq; Pinehan corruptis moribus
 Viuentes; horum ad scelera conuiuet Pater,
 Et quanquam eos hortatur, tamen non seria
 Seueritate illud facit; hinc magis & magis
 Fiunt subinde deteriores licentia.

Defra

Defraudant Abelem offerentem munera,
 Idemq; in Adamo audentes, durissime
 Diuerberantur; Eli defendit suos
 Gnatos, & Dinae vi compressæ à Pineha
 Argentum largitur, ut isthoc celet stuprum.
 Ne verò infamia inualescat amplius,
 Vxorem dat Nato Saræ ac Eleasari
 Natam Rebeccam; verum paulò post, ubi
 Absumpsit dotem, abeunt militatum, & foederis
 Arcam secum auferunt. Mox vno praelio
 Caduntur, ac Arca eripitur. Ex nuncio
 Hoc audito: Pater lapsu occidit graui.
 Nurusq; in partu expirat fato miserrimo.
 Ast interim Samuel, licet varijs modis
 Afflictus, ac vexatus ab Eli filijs,
 Operam DEO suam locat fideliter.
 Vocatur à DEO ad munus Propheticum,
 Et Eli suum occasum funestum nunciat.
 Tandem verò totius duodecim-virum
 Suffragijs Dux Regni Israëlitici
 Designatur; tum Praeconis voce publica
 Proclamatur; ritu creatur splendido;
 Vota pro se Req; publica Samuel facit;
 Fit plausus, & leta vndiq; gratulatio;
 Latatur Hanna, Deoq; soluit gratias.
 Et sic cum plausu finitur Comœdia.

A R-



A R G V M E N T V M
A C T V S P R I M I.

In dem ersten Act/ der jetzt angeht/
 Wird herkommen an diese stadt
 Hanna ihr Söhnlein an der Hand
 Führend aus seinem Vaterland/
 Darnach wird der alt Eli kommen/
 Welcher von seinem Nachbar vernommen/
 Wie sein Söhn führen ein gottloß lebn/
 Das Kirchengut rauben darnebn.
 Disputirt mit sich wie man wol
 Die Kinder recht auffziehen sol.
 In dem kommen seine Söhn heraus/
 Die haben beyd ein guten rausch/
 Die strafft er zwar/doch nicht von herkn/
 Lest sich diß auch gar wenig schmerkn/
 Daß seine Söhn so gottloß sein/
 Sauffen vnd fressen wie die Schwein.
 Bermahnt sie nur schlecht/ damit nicht
 Offenbar werdn ihr Bubenstück/
 Vnr des kömpt Hanna auch herein
 Mit ihrem kleinen Söhnelein/
 Befihlt ihn Eli das er ihn
 Woll halten in guter disciplin/
 Sellt drauff nidr / sagt Gott danck vnd preiß
 Vor all seine Wohlthat mit fleiß.

Ihr

Ihr Eltern mercket ingemein
 Aus diesem Art ewer Latein.
 Wann euch Gott Kinderlein beschert/
 Vnd diß Gnadengeschenck verehrt/
 So halt sie bald von jugend auff
 Zur Schul/vnd gebet achtung drauff/
 Damit sie mögn in Zucht vnd Lehr
 Täglich wachsen je mehr vnd mehr/
 Wie solches euch befiht vnd lehrt
 Sanct Paulus der Apostel werth/
 Folgt dem exempel Hannæ nach/
 So werdn ewr Kinder ohne schmach
 Aufwachsen in der zucht zum HErrn/
 Gut künst vnd sprachn studieren gern
 In der Schul / die warhafftig sein
 Gleich ein Paradisgärtelein/
 Drin pflantz man Ehrenpflänzelein/
 Die Gott vnd einer ganzen Gemein
 Bringen viel frucht vnd nutzbarkeit/
 Daran die Eltern mit der zeit
 Erleben grosse Ehr vnd Trewd.



ACTVS

und preis

Ihr

ACTVS I. SCENA I.

HANNA, HAGAR, SAMVEL.

Senarij
Iambici
Acatal.

VOs hinc abite intrò, & quæ iusseram modò
Curate diligenter atq; gnauiter,

Ne, si domum reuolero pedem feliciter,
Vestram me oporteat accusare inertiam,
Qua nunc ferè, velut quodam contagio,
Grege totus ancillarum laborat perditè.

HAG. Fiet, heras, perfideliter. HAN. fiat. HAG.
quasi

Quicquam queat mandari, quod non perlubens,
Meapte sponte, gestiam effectum dare.

HAN. Scio. Sed admonitio nihil nocet,
Vt cautiùs domus curetur interim.

HAG. Curabo. Sis quieta, nec te angas metu.
Abi modò DEI benigno ducta Numine,

Cum filiolo tenellulo & venustulo,
Quem nutrii tecum à prima pueritia,
Sed iam meis tecum aufers ex amplexibus.

Ab mi Samuelisce; cor meum atq; gaudium;
Ab facere non possum, quin tibi figam osculum.
O mea voluptas & venustas vnica!

SAM. Quid mihi molesta es? cur lacrimas ita?

HAG. Quid? cur? quòd tui posthac carendum
erit mihi.

Quàm vasta, quàm deserta, quàm tristis domus
Videbitur, dum tu hinc aberis in posterum?

O mi Samuelisce, mi. SAM. nil Hagar me moues.

Vale

Vale, meumq; agnellulum & catellulum
Custodias, pascasq; interea sedulo,
illosq; , quibuscunq; poteris , iuues modis.
Quando rediero saluus, afferam tibi
Dono lepidum & perpulcrum mercimonium.

HAG. Nil expeto : redi secundo fidere.

At iam vale. SAM. Valetate vos omnes simul,
Has quotquot ades incolitis & mœnia.

HAN. Sequare me, mi fili, & iuxta me tuum

Dirige gradum, ac ut pergas expeditius,

Dextram cedò tuam, meaq; illam infere.

SAM. En infero ; sed quæso ne properes nimis,

Mater, alias nequeo te aquare passibus.

ACTVS I. SCENA II.

ELI.

Is, quicumq; sanè fuerit, qui vitam dixit hanc ni- Octonarij
Iambici
Acatale-
cti.
hil aliud

Esse, quàm perpetuam sollicitudinem ; haud certè
dixit malè.

Hoc aded mihi venit in mentem ex hac re olim,
cum nullos liberos

Haberem, noctes ac dies votis expetiui omnibus,

Et supplicavi seriò Gnatorum datori DEO,

Emacerans me curis, atque cor affligens anxie,

Ut liberis me donaret ex sua benigna gratia,

Qui essent hæredes mei nominis, & dignitatis, ac
opum.

G

AE

At posteaquam me voti IERHOVA fecit compo-
tem,

Et mihi duos dedit gnatos: nunc in senectæ limine,
Qua per se plena est morborum & permultarum æ-
gritudinum,

Ecce mihi curas indies augent, cumulant & ag-
grauant;

Præsertim, cum consuescant ad mores istius seculi
Libidinosè, & intemperanter ac dissolutè vivere.

Hinc quotidie graues ad me querelæ deferuntur; ut
Permulta factitent, clam me, proteruè nimis, ac
improbè.

Et pessimo sic exemplo corrumpant æquales suos.

Namq; Salomon meus vicinus ad me deuenit modò,

Clamans: quid Eli agis? cur perdis filios tuos?

Cur lusitant scurriliter? cur epulātur? cur potitant?

Cur dant amoris operam meretricio? cur scortan-
tur? è sacris

Templi redditibus faciunt sumtus, quos auferunt in-
dè clanculum.

Hem! cur files? cur indulges? cur non grauissimè,
Ut par, in illos debaccharis, atq; plagis illos corrigis?

Istis molestis obtundit me quotidie clamoribus.

Quid agam? nùm omnes in illos effundam vno ha-
litu cacodæmonas?

Quid? euomam bilem omnem in eos, oblitus me
patrem?

Obstant amoris flammulæ, parentum pectori insitæ;

Obstat paternus affectus, mihiq; habenas inijcit;

Pro-

Prohibet metus, nec non spes de illis concepta, atque
expectatio.

Nam si vel verbis, aut plagis castigare illos durius:
Fortassis ista disciplina deterriti, sese darent
Fuga, & vel militatum abirent ad Aegyptios; vel
ad Syros.

Id timeo, ne qua declinans Charybdim, in Scyllam
incidam.

Multa herclè cogitanti succurrunt, animoq; se of-
ferunt,

Qua me à seueritate aduersus filios absterreant.

Prudentia (vt aiunt vulgò) raro ante annos aduenit. c c

Ergo melius est, vt fervor iuuenilis iam deserueat c c

Paulatim, quam vt post in virili aetate demum c c

exastuet.

Nec insolens est, vt ex adolescentulo, ad prodigium c c

ferè improbo,

Fiat vir aut senex probus, & Reipublicæ perutilis. c c

Indulgeo proinde illis, prætermitto, conuiueo,

Nec omnia ad viuam refeco, nec iure pro meo o-

mnia

agoq; & vrgeo. Namq; multò satius esse censeo,

Amore & liberalitate liberos, è liberis

Natos parentibus, retinere, quam verberibus &

metu.

Hec institutio multis non arridet, nec perplacet.

Non ergo mirum, si meos accusent saepe filios.

Illi sint Manlij, sint Bruti, sint Scythæ, sint Stoici

In liberos: mea est sic ratio, & sic animum induco

meum:

100 SAMUEL PRINCEPS.

1. Qui imperium credat melius esse, aut stabilius, vi
quod fit, ac

2. Illud, quod amicitia adiungitur; mea quidem sen-
tentiâ,

3. Toto errat is caelo, atq; nescit imperare liberis.

Quos, sicut ingenuos, nec ut seruos, tractare con-
uenit.

Dabo igitur aliquid illorum etati, ingenio, genio,
& indoli.

Sed sunt ne isti de quibus ago & loquor nunc filij?

Sunt certè; oportunè huc accedunt, alloquar ipsos,
& de ijs

Expiscabor, quorum fuerunt accusati iam modò,

Et adiungam commonestationem paternam, ne
quem offendant publicè.

ACTVS I. SCENA III.

HOPHNI & PINEHAS.

Septena-
rij iambi-
ci Acata-
lecti.

Iò Bacche! PI. Iò Bacche! HO. Iò Bacche iò.
PI. Iò Bacche iò. HO. Bacche iò.

PI. De summo altercantur bono sophi nugiuēduli;
Alter virtutis actionem extollit splendide:

Alter speculationibus totus insidet;

Et sic beatum sese gloriatur stolidè.

Sunt quos honoris fascino dignitas;

Sunt qui precando se felices esse iactitant;

O stulti! quid tu censes frater Hophnia?

HO. Equidem his sectis reiectis & despectis omnibus
Epi-

Epicurum sector: huius arridet mihi sententia.

PI. Per Bacchum, & huius in castris strenuè ego milito,

Et, Dijs post habitis omnibus Venerem & Bacchum vnicè

Sanctissimos potentissimosq; iudico omnium.

HO. Rectè me hercle sentis. PI. Quid quaeso sentiam aliter?

Ita certè longauâ nos hæctenus experientiâ,

Quid Bacchus & Venus præstent, experti ambo sumus.

HO. Vt te iam habes? PI. bellissimè. HO. vt sapuit merum?

PI. Vt nectar illud, quod Diuos potare dictitant.

HO. Quid Erotium tibi? PI. oh præ hac Venus verè non est Venus.

HO. Quid sermo? PI. amoris turundule. HO. quid manus?

PI. Amoris pertica. HO. quid suauia? PI. viscus Cupidinis.

HO. Ha ha he. PIN. quid rides, frater, obsecro? HO. quid rideam?

Novum aucupium, quod tam describis affabrè.

PI. Certè beati, qui huic adherescunt visco! sed heus,

An non dies quoq; crastinus Baccho consecratus est?

HO. Quid ni? PI. sed vnde corradimus tantum pecunie,

Quantum conuiuio, nostroq; satis est luxui?

P S.

stabilis, vi

quidem sen-

liberis.

tractare con-

enio, genio,

nunc filij?

loquar ipsos,

iam modò,

sternam, ne

III.

A S.

ò Bacche id.

id.

nugiuèduli;

idè:

nt;

?

ectis omnibus

Epi-

HO. Vah quæris? Emungemus argento nostrum
senem;

Carnes vendemus, & fruges quas offerunt DEO
Homunciones superstitiosi & religiosuli.

PI. Sed cautione peropus est, ne fiat palàm. HO.
frustrà caues;

Rusticos simplex hominum pecus facilè ludemus: &

Si fortè furtum deprehendent & fallaciam,

Nobisq; repugnabunt, diris durisq; illos minis
Terrebimus, vel pugnis his tractabimus malè.

Nescisne quo pacto alioquin solemus? PI. Jam nihil

Recordor; omnem mihi vinum discussit memoriam.

Sta pes, sta mi pes, sta mi pes, ne labere.

O vinum quàm dolosus luctator existis! pedes
Primùm capis, Antea mihi videbar sobrius:

Sed nunc nec pes, nec manus, nec mens rectè va-
let.

HO. Ecquid vacillas? PI. sustine ne procidam.

HO. Ecquis me sustinet? Sed ecce patrem ante o-
stium;

Comparemus nos aliter, & dissimulemus crapulam,
Ne nos diem potando consumfisse sentiat.

ACTVS I. SCENA IV.

HOPHNI, PINEHAS, ELI.

Octonarij
Iambici
Acatale-
æti.

Domum redeamus ad patrem. Nam cœna tem-
pus imminet.

PI. videlicet; ne nos operire oporteat diutiùs,

Neg

Neg. nostrâ ipsi faciamus nos agrè diuturna ab-
sentia.

EL. Accersam eos; heus, hùc adeste. PI. cuius
hæc oratio est? (EL. Ob

Ab mi pater, tune hîc eras? cur non quiescis intus?
Amor paternus erga vos me non finit quiescere.

HO. Quid sic pater? EL. mox audies; sed vnde
tam serò? satis

Diu domi desedi, vestrum expectans reditum; vbi
tam diu

Larulistis? PI. Hem quid queris, mi pater? in foro,
vt consueuimus.

EL. Quid hîc noui? HO. Turbarum abundè, ceæ
quotidie tu quoq;

Pater, experiris; tum annonæ est per cara, & per-
rara admodum.

EL. Nil hoc noui. HO. Philisteos aiunt bellum no-
bis nouum

Parare summis viribus. EL. Iamdudum & hoc ipse
comperi.

Nil insuper? HO. planè nihil. EL. sed ego modò
noua plurima, (quæso pater?

Auditu perquam insuauia, accepi. PI. N. qua de re,
EL. De vobis. HO. de nobis? id populus curat, scilicet.

EL. Imò maximè curant, & obseruant vos atten-
tissimè,

Quid rerum agatis, quid struatis, quid cogitetis.
HO. nil noui est, (sè queritent.

Vt quibus non est, quod agant, quid agant alij, curio-
PI.

PI. Deponam vel caput, si quis nos ullius sceleris
queat

Convincere. EL. Ab tace; sexcenta plaustra, onusta
sceleribus

Deterrimis, vos contra in publicum proeecta sunt
forum.

Tu sanè, Pineba, fraterq; tuus bellè vos geritis;
(hem!)

Vos nil mouet paterna autoritas? vos mouet nihil
Officij dignitas? nil vos pudet? nullam legem quoq;
Tenere vos putatis? impunè, quodcunq; libueris
modò,

Facitis, mihiq; inuritis publicam ita vbiq; infamiã,
Meumq; nomẽ vestrã culpã putet & putret vndiq;.

HO. Bona verba quaeso, mi pater; quid nos quaeso
peccauius?

EL. Quid peccaueitis rogas? Hem noctes totas
& dies

Potare & scortari vos audio; quin imò, (proh sce-
lus!)

Fama est vos vitiasse & compressisse per vim sacras
feminas,

Quæ diuino tabernaculi sunt mancipatae cultui.
O horrendum nefas! hoccine officium pijs adolescen-
tis est?

Proh Deum atq; hominum fidem! quid est, si non
hæc contumelia est?

HO. Ne seui tantoperè pater. Quò insuetas hæc
importunitas?

Audi

Audi nos. EL. Audiam lubens, si quid responsi ob-
tendere

Potesis excusationis loco. HO. Quin tu sic habe,
pater,

Nil veri te audisse; pura & pura sunt mendacia,
Quicquid audisti, per DEVM; scurra & nebulo
est nequissimus,

Quicumq; vel minimam audet nobis aspergere la-
beculam.

PI. Ut me IEHOVA amet, omne mentiuntur è
sua gula.

EL. Vellem id equidem, & sic spero. Verùm fama
raro inanis est;

Et qui mihi narrauit magnæ existimationis est.

HO. Dic sodes, pater; quis ille est delator, & sy-
cophanta futilis?

EL. Nostine vicinum nostrum Salomonem, qui pla-
tea in hac

Habitat? PI. an non nossem, pater, varum & ca-
riosum illum senem,

Vietum, mucidum, scabiosumq; & ruffum, lupinis
dentibus,

Lippis oculis, adunco naso, nec non pandis cruribus.

EL. Noli calumniari; vir frugi est, boniq; nominis.

HO. Minimè; calumniator est, si audet nobis affin-
gere (tò scio.

Tàm enormia flagitia. EL. nil ipse finxit; id cer-

Sed quicquid dixit, id vt reor, dixit è vulgi ru-
musculis.

106 SAMVEL PRINCEPS.

PI. Seu finxerit ipse, seu dixerit vulgi è vanis r^uo
musculis,

Mentitur è guta sua, & mentitur in gulam suam.

Tu verò, mi pater, certissimè tibi persuadeas:

Nos sic vbiuis agere, ceu nostræ huic etati conuenit,

Et quemadmodum nostram decet tam præclaram
familiam. (Stulo;

EL. Ita spero, ita volo, ita iubeo, meoq³ id iure po-

Quin, si æquum est, oro: si hæctenus exorbitastis,
in viam

Redite; dum iam tempus est redeundi; & studete
sedulo,

Vt mores vestri dignitati respondeant vestri patris.

»» Quem par est optimè moratos obtinere filios.

Cautè agite, quicquid agitis, ne resciscant illi ar-
gutuli

Censores morum & vitæ vestræ & actionum ad v-
nam omnium.

Cauete ne emanent in vulgus vestra studia atq³ fa-
cingra.

HO. Cauebimus Pater, nec quicquam committe-
mus vsquam,

Quod indecorum & indignum nostro genere sit &
ordine. (erit.

Virtutem coluimus; virtutem colemus, dum vita hæc

EL. Laudo vos & prædico. PI. Parce iræ tantum-
modò Pater.

EL. Iam dudum omnem decoxi iram, quæ. Verò dicta
sunt modo.

SENE

ACTVS I. SCENA IV. 107

seuerius, non serio putentur dicta. HO. Nouimus
Paternum amorem tuum. EL. Sic est; ardentem
vos ambos amo.

O vtrina vobis aequa pars amoris quoque, mecum foret!
HO. Amamus te, pater, affectione cordis intima.

EL. Si vos me amatis aequae: vita illud testemini pia.
HO. Fiet, pater, certo. PI. Fiet pater, fiet certissimum.

En vterque, nos stipulata istud manu tibi promittim?
EL. Accipio fidem: nunc, quod diei tempus est, re-

cto gradu
Abite intro; vos mox sequar. HO. tibi obsequa-
mur ilico. (bus bona

EL. Pol equidem morigeros nactus sum filios, a qui-
cum gratia facile impetro, qui se patiatur corrigi
verbis & admonitionibus. Quis igitur tam ferus,
Et tam immansuetus, ut in eos debacchetur seuerius?
Cuius, non seruilis disciplina patris est boni.
Pro magno nempe peccato paululum supplicij satis
est patri.

Sed quisnam accedit eminus? Femina est, ducens
puerum manu.

Quidnam haec velit miror! Subsistam; ut quod tendat
ea, intelligam.

ACTVS I. SCENA V.

SAMVEL, HANNA.

Dessus sum ambulando, Mater mea, pedesque
Dolent vtrique; quis viae tandem est finis futurus?

Septena-
rij Catalo-
gici.
Ad

p s.
è vanis ris-
lam suam.
adeas;
ui conuenit,
praeclaram
(stulo;
id iure po-
exorbitastis,
; & studete
vestri patris,
filios.
cant illi ar-
ionum ad v-
udia atque fa-
a committe-
genere sit &
(erit.
lum vita hac
ire tantum-
ua. Verò dicta
Seue-

HA. Ad metam via peruentum est. Ecce Siloh!
 En isthic eminus. præ reliquis venient
 Aedes summi sacerdotis, cui te tradam educan-
 dum

In vero & sincero DEI timore summi,
 Sacrisq; literis, ut quondam Propheta fias,
 Et vir Dei celebris, qualis est Eli sacerdos;
 Nam sic Deo voui. SA. Sic abs te, cara mater,
 Intellexi. HA. Nam cum nihil tuo parenti
 Parerem, votis exoravi omnibus IEHOVAM,
 Ut mei misertus filium daret, simulq;
 Spopondi, me consecraturam eum viuissim
 IEHOVAE. O fili, quoties hoc nomine profudi
 Lacrimas acerbis! Sed tandem mei IEHOVA
 Voti me fecit compotem, & te mihi benignè
 Dedit; Ego voti ero seruans mei, sacrisq;
 Te destinabo studijs à pueritia vsq;
 Vltima. SA. Sanè ista, mater, omnia antè crebro
 Mihi narraſti. Ego verò, sicut par & equum est,
 Tibi lubenter obsequar, quantumq; possum
 Enitar, ut viuam è nutu tuo, & futuri
 Didascali mei, ad quem me iam ducis.
 Ad aedes ipsius sed quando peruenimus?
 HA. Peruenimus, patent fores. Proh ipsus, ecce,
 In porticu deambulat; compone vestem;
 Adibimus modestè, & alloquemur ipsum.

ACTVS

ACTVS I. SCENA VI.

ELI, HANNA, SAMVEL.

AD me accedunt; quid afferent? Ni fallor, hæc
Matrona est illa, quam, sacra inter publica,
Conspexi olim flentem, & dolentem grauissimè.

Senarij
Iambici
Acatol.

H. A. Mi reuerende Domine Pontifex, te plurima
Salute impertio à DEO ter optimo.

E. L. Et tu matrona, salue vicissim plurimùm.

H. A. Paucis conuentum te volo, si non erit
Molestum. **E. L.** Edifferas modò, promptus audiam.

H. A. Mi Domine, quàm certè anima viuit mèa:
Tam certè equidem, mi Domine, sum illa scemina,

Qua tibi aliquando assistebam sacro in loco,

Et ad DEVM meas effundebam preces,

Petens ductis corde ex intimo suspirijs;

Vt hoc presenti me donaret filio;

Quas ipsemet clemens preces exaudiit

I. H. O. V. A., & istam sobolem mihi largitus est.

Quam, rea voti, vicissim **I. H. O. V. A.** consecro;

Et offero tibi, vt sacris in literis

Abs te erudiatur, & ad pietatem sedulò

Assuescat, DEOq; ita totus deditus,

Vitam per omnem, Soli DEO deseruiat.

E. L. Laudo sapienter factum, & consilio bono,

Percara mulier, quòd filium tuum statim,

In flore ætatis primulo voues DEO,

Multa aliter animata, quàm matrum vulgus hodie,

Qua filios, vbi vix cœperunt farier,

Ad

ACTVS

110 SAMUEL PRINCEPS.

Ad luxum & lasciuiam foedam liberos suos
Consuefaciunt, & vel Veneri aut Baccho dicant:
Aut ipsis canes alunt ad venandum, aut equos
Ad equitandum: imò ducunt inglorium sibi,
Si nati animum res ad diuinas applicent.
Idcirco te meritò laudo, mea Mulier,
Pro hac tua singulari pietate in sobolem, & Deum.
Ego verò accipiam lubens hunc filium tuum,
Atq; ipsi ad optima quaeque monstrabo viam.
HA. Nil dubito: namq; hoc postulat munus tuum,
Quod sustines. EL. Meis illum cum filijs
Educabo pari fidelitate, quasi meus
Foret. HA. Habeo tibi gratiam; atq; hoc nomine,
Mi Eli, precibus contendo abs te equidem omnibus,
Seuerum vt te censorem morum praebeas,
Si quando peccet; nec quicquam conniueas:
» Namq; omnes deteriores sumus licentiâ.
» EL. Faciam, quod me decebit; nimia seueritas
» Pessima est ad institutionem pueritiæ
» Magistra. HA. Sed præstat tamen seueritas,
» Quàm lenitas. Nam freti indulgentiâ, deo
» Licentiùs peccant. Ergò prorsus nihil
Condoneas, si vel minimum in te deliquerit.
EL. Nil admonitione opus est tam seriâ.
HA. Nolo igitur detinere te diuinius.
En accipe in fidem tuam filium meum.
EL. Accipio per lubens; modò spondeat fidem.
HA. Heus, Samuelisce, stipulata manu tua
Promitte obedientiam & diligentiam

Sum-

ACTVS I. SCENA VI. III

Summo sacerdoti, qui Prophetica in schola
 Te sacris literis bonisq; moribus
 Curabit imbuendum. SA. spondeo tibi,
 Mi Domine, loco patris colende perpetim,
 Quaecunq; pium puerum decebunt, omnia.
 EL. Credo; sat est, mi fili. HA. Credo id ego quoq;
 Vale Mystra Dei sanctissime, & accipe
 Vinum hoc & simulam: praeterea bouem quoq;
 Mox adducent, qui nos sequuntur seruuli.
 Hoc gratitudinis meae leue symbolon
 AEqui boniq; consule, & vale. EL. Vale;
 Non munere hoc opus fuisset splendido.
 Vale. HA. Vale fili, vale fili, vale;
 Obsequium praesta tuis vltro didascalis.
 SA. Faciam, vt iubes me, mater mea carissima.
 HA. Ah (mater hoc) fili lacrimas mihi exprimit.
 SA. Ne lacrima; vade in pace, mater, & patrem
 Saluta; equidem sacerdotem intro consequar.

ACTVS I. SCENA VII.

HANNA.

Populares, hic quotquot nunc adestis! ec-
 quis est
 Me fortunatior? quis me viuit hodie felicior?
 Nemo hercle quisquam. Nam in me iam vniam bo-
 nitatem DEVS
 Omnem ostendit, dum filium d. d. t bonae indolis,
 Eumq;

Septena-
 rij iambi-
 ci Acata-
 lecti.

112 SAMUEL PRINCEPS.

Eumq₃ fuit disciplina sancta tradier.
Nam non postrema pars felicitatis est in hac
Vita; si quis frugi sit nactus filium, ac eum
Magistro credidit pio, gnauo atq₃ industrio;
Qui fundamenta artium liberalium praeceptaq₃
Pietatis & virtutis illi instillet fideliter.

Meritò igitur meritas Deo persoluo gratias,
Flexis humi supplex innitens isthic cruribus:

Cor meum gestit celebrare IHOVAM,
Qui potens solus modò, quiq₃ sanctus
Solut, & solus penetrat per imam
cordis abyssum.

Hostium frangit celeres sagittas;
Robur infirmis validum ministrat;
Pauperes largo cumulat benigni
vbere victus.

IHOVA foecundat steriles, & illas
Liberis multis cumulat, dat orco,
Rursus ac illinc retrahit. Neciq₃
eripit atra.

Diuites donis spoliat, sed iisdem
Pauperes donat, pariterq₃ primos
Solut, ac imos facit, & superbos
deicit alto

E throno regni, patrumq₃ sceptrum
Eripit, seruos humiles sed illo
Collocat rursus, putridoq₃ letos
pulvere tollit.

Vt suis sceptro populis potenti

Imperet. Vasta Deus vniuersam
Machinam Terræ fabricauit; ipsi
subiacet orbis.

Fulciet lectæ sibi gentis almâ
Dexterâ plantas, subitoq; cuncti
Impij fato celeri peribunt

vindice IHOUA,

Nulla quem certè superat potestas.

Quisquis hunc contra capit arma, raptim

Interit sauo tonitru ruentis
turbine victus.

Vltimas terræ penetrabit oras

Iudicis sceptrum Domini, suiq;

Erigit cornu nitidum per cui
secula Regis.



ARGUMENTVM
ACTVS SECVNDI.

Er ander Act sich thut anfangn/
Da jetzt bald kommen her gegangen
Die Brüder/ Hophni vnd Pinehas,
Die auff Samuel gefast ein Haß/
Verlachen vnd thun ihn anblasn/
Das er nicht aus dem Rath sol schwagn/
Vnd nicht verrathen wie sies machn/
Vnd treiben vnehrliche sachen.

¶

Drauff

Drauff kompt heran ein alter Bawr/
 Den betriegen die losen Laur
 Vmb sein Opffer / welchs er gebracht
 Zu opffern aus guter andacht/
 Als ihn gelungen diese Schank/
 Kompt auch an diesen Bubenank
 Ein alt garstige Eredelfraw/
 Die ein wol möcht machen ein graw/
 Der geben sie mit frechem muth
 Das abgestolen Kirchen gut/
 Das sie ihnen solchs sol verkauffn/
 Davon sie mögen fressn vnd sauffn.
 In des ein ander Bawer auch
 Bringt sein Opffer nach Gseses brauch/
 Mit dem wolln sie gleichßfalls gebahrn/
 Abr er hat ihr tück schon erfahrn/
 Wegrt sich/wils ihm nicht folgen lahn/
 Drumb sie mit gwalt ihn fallen an/
 Drauff wird ihnen ihr Schelmesbalck
 Mit feusten weidlich abgewalck/
 Diesen Tumult ihr Vater alt/
 ELI hört/ kompt geloffen bald/
 Nimpt fried/ fragt vrsach dieses wessns/
 Thut dem Bawrn ein scharffen text lesn.
 Verteidigt abr die Söhne sein/
 Vnd lest es alls gut wetter sein.
 In dem kompt Dina auch herben/
 Die Pinehas ohn scham vnd scheu/

In heiliger stät/ genothzücht/
 Vnd ihre Jungfrawschafft vernicht/
 Derselben thut er Gelt darreichn/
 Bitt das sie nur woll stille schweign/
 Wird abt leichsininig Raths darneben/
 Das er sein Sohn ein Weib woll geben/
 Meint es sol ihm also gelingn/
 Ihn wieder zu ehren zu bringn.
 Aus diesem Act wird klar vnd war
 Vnd männiglich offenbar/
 Das wenn ein Vater seinem Kind
 Vnd die Mutter ist zu gelind:
 So werden sie von tag zu tag
 Erger/gerahm in schand vnd schmach/
 Creiben ohn schew lautr sünd vnd schand/
 Das die Eltern im ganken Land
 Hierdurch werden stinckend gemacht/
 Vnd von männiglich außgemacht.
Derwegen O ihr Eltern all
 Last euch warnen für gleichm vnfall/
 Verzertt ewre Kinder nicht/
 Das ihr nicht kompt in böß gerücht/
 Last sie nicht ihrn freuel/ mutwilln/
 Mit bößheit vnd büberen erfülln/
 Braucht Ruten/ Stab vnd Stecken hart/
 Zu dämpffen ihre böse art/
 Beugt ihna den Rücken weil sie sein
 Noch jung / vnd haben weiche Bein:

So werdet ihr auch mit der zeit
 An ihm nicht erleben hergeleid.
 Denn wie da laut des Weisen red/
 Sollen die Eltern ihr Kinder stet
 Unter der Ruten fleissig halten/
 Das sie nicht in bosheit veralten/
 Sonst wenn man ihm alls wil nachlassit/
 Wandrn sie fort auff der Bubenstrasz/
 Thun Gott/die Welt/Kunst/Zucht/Ehr hassit.

ACTVS II. SCENA I.

HOPHNI, PINEHAS.

Ostona-
 rij lambi-
 ci Acata-
 lecti.

A In tu? PI. sic est. HO. an pater puerum re-
 cepit paruulum?

PI. Factum est ita. HO. tunc vidisti frater? PI.
 vidi. HO. cur obsecro

Recepit? PI. sanè nescio; sed facilè colligo. Quid
 enim

Aliud ageret; nisi sycophantam, qui nos prodat in-
 scios?

HO. Vnde coniecturam capis? PI. ex vultu, ex oc-
 culis, totoq; corpore.

HO. Quid ita? PI. nam non coruus cygno colore
 tam dissimilis est,

Ac is nobis ingenio, moribusq; caueamus itaq; (ret.
 Oportunè huc se confert, quasi à nobis inuitatus fo-

HO. Quid? num vereamur illum pediculosum, ca-
 culam, qui neq;

Senes

Senes barbatos & canis spectabiles veremur? hem!
Quid? deliras? PI. vtut sit: tamen facile nobis a-
pud patrem

Conflabit inuidiam, vita religionis plenissima.

Nam sanctitatis opinionem affectat toto pectore;

Oculos, manus, vultum, frontemq; & omnia mem-
bra corporis

ad superstitionem componit, totusq; quantus est,

Pietatem spirat vnicè. HOP. Hem, Iacobum nobis
alterum

Natum esse pradicat. PIN. sed quo pacto nobis ab
hoc lupo

Cauebimus? HO. si ipse est Iacobus: nos erimus ei

Esau. PI. Quid hoc est Aenigmatis? HO. Vah, non
intelligis?

PI. Pinebas ego sum, non Oedipus; edissere planius.

HOP. Sicut Iacobum olim fratrem, ipsius germa-
nus Esavus

Miris ludificauit modis, durisq; dedolauit ictibus,

Et hoc adegit pacto illum, vt tandem patrios vltro
lares

Desereret exul: Sic & nos quoq; eum tractabimus,

Verbis & verberibus duris. PIN. Inuentum hoc cal-
lidum est.

Ego me tam astutum & perspicacem non esse, id
certo scio.

Tu mihi hoc praestas: in me verò quiduis rerum ha-
rum conuenit, (asinus.

Quae dicta sunt in stultum: caudex, stipes, plumbeus
HOP.

lassit/
traß/
Ehr lassit.
I.
puerum re-
frater? PI.
colligo. Quid
os prodat in-
vultu, ex o-
cygno colore
us itaq; (ret.
inuitatus fo-
iculosum, ca-
Senes

118 SAMVEL PRINCEPS.

HO. Verùm priusquam vi manifesta tentetur quid,
antea cautè & catè

Id astu prauertendum, & puer terrendus est mi-
nis.

PIN. Placet consilium: sed ipse foras egreditur, ne-
ster proditor.

HOP. Oportunè hac se confert ac si à nobis inuita-
tus foret.

ACTVS II. SCENA II.

SAMVEL, PINEHAS, HOPHNI.

Iambici
dimetri
cata.

O IHOVA clementissime
Et rex poli ter optime,
Ex corde toto maximas
Sollo tibi iam gratias.
Tuis quòd excellentibus
Me destinasti cultibus;
Quod in tabernaculo tuo
Votus tibi deseruio.

Et quod sacratas literas,
Artesq; perdisco bonas,
Vt utilis fiam tue
Antistes olim Ecclesie.

Fauore me bea tuo
Et spiritu sanctissimo,
Vt verser omni tempore
In hoc fidelis munere.

PIN.

PIN. Audin' quid dicat? HOP. Audio, probèq; in- Septenarij
Iambici
hypereca-
talecti.
 telligo, quid
 spiret, & quid oleat. PI. quidnam? HO. Leuiti-
 cum capra me hercle,
 Quod sanè hominum genus togis vestitum & atris,
 (Quamvis & nos illius inuiti simus farinae)
 mihi perinde gratum est, ac pastoribus lupi sunt.
 PIN. Sed quid cessamus istum adire, minusq; ter-
 ritare?
 HOP. Heus, tu puer; quò tendis? quæ tibi suratio
 est? cui?
 SAM. Scholam peto. PI. cuius iussu? SAM. tui ius-
 su parentis.
 HOP. Ecquid tibi cum patre nostro commercij? SA.
 ut sub eius
 disciplina scholam frequentem. PI. quam nominas
 scholam? SAM. quam?
 Quæ hîc Siloba iuxta tabernaculū constituta floret.
 HO. An non conductus es propter finem alium? SA.
 ob quem? PI. ut videtur,
 Nos proditum huc venisti. HO. Hoc illud ipsum est
 scilicet. SA. non
 sum proditor; puer sum simplex, rudis et imperitus,
 Et nescio sanè quidnã sit prodere. PI. Hem docebo:
 Si, quod faciemus clam patre, illi tu denunciabis:
 Nos prodes. SAM. Nunc intelligo. Ergo dicere ve-
 ritatem
 vobis est prodere? HOP. quid de veritate garris
 nequam?

PIN.

H 4

SAM.

120 SAMUEL PRINCEPS.

SAM. An vos eorum, quæ facitis, pudet? quod candidè fit,

Id ut pateat publicè iustum est, ut de & honestum.

PIN. Quæ nos facimus, illorum non tenemur tibi exigenti

Rationem reddere. SAM. Nequaquam exigo; sed est IEHOVA

In cælis, cui rationem olim reddemus omnes.

HOP. Desine sic loqui, vel pugnus hærebit in mala repente.

PIN. Ecquis te nequam nobis præfecit vitæ Magistrum?

HOP. Heus tu puer; si verbum ad parentem eliminabis;

Acutis: otus opperiêre loris, ut futurum

Siet totum corpus tuber. PI. væ virgis, que deinceps

In tergo morientur tuo! Sed si tacebis: omnes

Lautitias, delitias & cupedias abundè habebis.

SAM. Vah, nil opus est minis & pollicitis tam delicatis;

Quod me decet, faciam: Vos, quæ decent vos, facite, nilq;

Timebitis. PIN. Quid dicis? SAM. id quod audis. Hinc abibo

Letus in scholam. HOP. sed heus, si quid ad nostrum deferres parentem:

Parum letaberis. SAM. Vos nil curo: mihi IEHOVA

H O V A

Pro-

ACTVS II. SCENA III. 121

Protector est. PIN. Vide confidentiam caculae?

HOP. sed ecce

Huc rusticus senex proreptat! inuadamus illum,
Prædamq₃, quam secum nobis apportet, auferamus.

ACTVS II. SCENA III.

ABEL, HOPHNI, PINEHAS.

Quando pristinam recepi sanitatem,
E cymba retractus denuò Charontis,
In qua iam alterum pedem repostum habebam,
Mortis hesitans in faucibus cruentis.

Hac DEO offeram omnia, quæ huc apporto mecum:

Gallos, liba, chrysomela aliosq₃ fructus,

Hac qui in sportula conclusi delitescunt,

Ast oportune; duo sacerdotis

Nati, quæis solent alioquin illa tradi.

Plurimam vobis precor salutem vtriq₃.

HOP. Saluum te aduenisse gaudemus; quid affers?

AB. Hac quæ cernitis IEHOVAE consecranda.

PIN. Hem cedò, nos inferemus ad parentem,

Ut ritu solenni consecret DEO intus.

AB. Vellem ipsum libenter conuenire coram.

HOP. Neminem ad sese intromittit. Namq₃ rebus

Diuinis impendit cogitationes.

Nil refert, te siue absente vel presente

Offerantur illa. AB. Gratiâs ago pro

Hoc labore vestro. Sportulam hanc onustam

Ferte intrò, ac offerte. PIN. fiet. AB. at diligenter.

H S

PIN.

Senarij
Trochaicâ
Acatale-
sti.

PI. Fiet. AB. at maturè. PI. fiet. AB. at fidelis
 Cura fiat. HO. Proh quàm nimis curiosus
 Es, vbi nil opus! PI. certè. AB. saturnè vobis
 Demandatum est? HO. plusquam satis. AB. pro-
 inde latus

Ambulo domum. PI. benè ambula. HO. valetè.
 Sic hoc rusticum pecus vondere oportet.
 Hoc qui nescit: ille nescit imperare
 Istis Tityrus, Menalcas atq; Mopsis.

ACTVS II. SCENA IV.

PINEHAS, HOPHNI, AHALA.

Septena-
 rij iambi-
 ci Acata-
 lecti.

Quid nunc agetur, Hophni? HO. conueni-
 enda est scrutaria,

Vt hac, qua lucrati sumus bodiè, diuendat, &
 Argentum nobis indè conficiat: sed ecce eam.

Quid sola garrit monstrum? PI. temulenta for-
 san est,

Vti solet ferè semper. HOP. verè est Bacchi am-
 phora.

PIN. Immodò non amphora est, sed dolium. Quot
 cantharos

Enim vini pitissando modò propè singulis

Diebus absument sola! AHA. Hoc commercium est
 meum;

Alijs alia est venatio pecuniæ; hoc meum est
 aucupium: Quicquid alij furantur, aut rapiunt, ego
 Diuendo exili pretio; cuius dimidium mihi,

Dimi-

Dimidium venditori cedit; hoc videlicet
Præ reliquis lucrum multò nunc est vberimum.

ACTVS II. SCENA V.

AHALA, HOPHNI, PINEHAS.

Qvos hîc offendo stantes? proh, Hophni noster Octona-
rij Iambi-
ci Acata-
lecti.
atq; Pineha!

Quid hîc agitur, mea delitia? Ho. statur. Ah. vi-
deo. Sed nihil

Ad-inuenitur? Pi. Iam dudum inuenta sunt nobis
quàm plurima.

Heus Ahala; vende, vende nobis hæc ilicò, quanti
queas.

Et aureum hoc spinter pro siclis octo oppignora.

Ah. quid? an

Febrile somnium somnias? aut insanis ex crapula,

Quod reculam tantillulam tanti æstimas? vix quin-
que, vix

Pro eo auferam. Ho. tres reliquas tibi reseruabis.

Ah. quid hoc?

Pi. Dixi. Quod restitas? curre curriculo. Ah. vt pos-
sum; non sunt mihi

Pedes alati vt Mercurio, vel celeres quadrigæ Iouis.

Ho. Vt ridicula es! verùm vola ocius. Ah. sed non
ego sum Pegasus.

Ho. Sed fortè Bucephalus. Ah. quid? Ho. nil.
quicquid argenti conseceris,

ad Erotium statim apportes; hîc te expectabimus.

Ah.

AN. Satis historiayum est. nunc directè contendo
in forum. PIN. Benè.

Sed qui nam sunt hi, quos ibi aduenire huc ad nos
conspicor?

HO. Tace, tace tantùm; noua in casses nostros præ-
da incidet.

ACTVS II. SCENA VI.

ADAM, CAIN.

Eiusdem generis. **M**ERITÒ tibi IEHOVA summe conditor soli
& poli,
Et largitor rerum omnium, quas terra producit si-
Meritò tibi grates & gratias habeo gratissimas,
Quod hoc anno ex benedictione tua me abundè &
affatim
Vberrimis ditasti fructuum omnium prouentibus.
Frumentis oppleui horrea, & cellas vino omnium
optimo;
Et præterea feliciter res successit pecuaria;
Permagna pressa est butyri atq; caseorum copia.
Nam, vt pro tantis IHOVA tibi beneficijs quam-
plurimis
Declarem signo quodam gratitudinè erga te meam;
Has ecce carnes & placentas quas in corbe affero,
Itemq; hanc ouiculā Tibi in tabernaculo tuo offerā,
Sicut tu præcepisti per Mosē olim seruum tuum.
Heus, perge tu cum ouicula; moue te ocyùs; quid
stas lapis?

CA.

CA. Ah vrges? quasi difficile sit; vtinam tam facile postes,

Here, inuenire quippiam, quàm istud peribit oppidò.

AD. Vt malè pereas, quotquot viuunt hodie omnium nequissime;

Qui, quicquid offertur DEO, perire censes. CA. nil mea

Refert, sumas, consumas, perdas sacris rebus omnia.

AD. Ergo curiosè percontari modò desine, & tecum manè.

Etenim quodcung, largior, de meis bonis elargior.

CA. Videte sanctitatē vel stultitiam potius heri mei:

Quicquid miser miserè compar sit, genium defraudans suum:

Id vniuersum abripiunt modò sacerdotis duo filij,

Illudq, insument luxui suo. Multiò satius foret,

Si mihi donaret, vt cum contribulibus hodie meis

In publica taberna fronte exporrecta consumerem.

AD. Ecquid blateras Cain? CA. Perire hæc omnia assero palàm.

AD. Quid ita? CA. Nam quicquid offers, non offers Deo, sed filijs

Eli sacerdotis, qui illud rursum Baccho aut Veneri litant.

AD. Id auerruncet Deus; siccine est vt dicis? CA. immò maximè. (crebuit.

Passim fama hæc Palaestinam per omnem nunc in-

AD. Quid audio? CA. id quod dico. AD. sed quamnam via hanc fallaciam

CA.

Inten-

Intendunt? CA. Partim vi, partim dolis aggrediuntur homines.

AD. Unde hoc accepisti? CA. Vah, unde? Abel vicinus noster hodie

Iam iudicium mihi fecit. AD. Num expertus illud est quoque?

CA. Maximè. AD. dic, quomodo? CA. ipse hodie sua munera etiam obtulit;

Sed egregiè deceptus est ab his Eli nebulonibus.

AD. Quo pacto? CA. munera abstulerunt & vendiderunt publicè,

Per aniculam, qua scruta solet popello vendere.

AD. O scelus

Infandum & impium! CA. quâ nos via contra illos ibimus?

AD. Equidem hæc mea donaria in tabernaculo ipsemet offeram.

CA. Sapienter sentis. Quod si vi nobis aliquid auferre audeant:

Vim vi repellemus, quod & canes videmus facere; sed En adsunt duo canes, de quibus sermones cadimus in vicem.

AD. Vbi nam sodes? CA. hic siccis præda nostra inhiant ambo faucibus;

Viden? AD. sacerdotis præ foribus adolescentulos duos

Prospicio. CA. immo hi ipsi sunt qui nobis insidias

Adoriamur illos audaciter; illuc succenturiatus est

In insidijs Abel vicinus, si deficiam forsitan.

ACTVS

ACTVS II. SCENA VII.

ADAMVS, HOPHNI, PINEHAS.

CAIN, ABEL.

Saluete vos iuuenes. HO. salue tu mi senex.

Quæ causa tam grauis te huc ad nos appulit,
In hac præsertim tempestate turbida?

AD. Causa est per ardua iuxta & maximè pia.

HO. Fortasse sacrificatum IEHOVÆ huc aduenis?

AD. Acu rem tangis. Eius namq; gratia

Has carnes & placentas ac ouiculam

Huc attulimus. HO. sanctè sit hoc abs te & piè,

Mi senex. Sic namq; supremus IHOVA in sua

Præcepit lege. Atq; hic rependet largiter,

Quoscunq; res in diuinas sumptus facis.

AD. Hoc credo firmiter. PI. sed, heus tu, munera

Committe nobis tantùm. Nos curabimus

Ut offerantur intus solemni modo.

Nam sic fieri lex & consuetudo iubet.

CA. Quid vis tibi? HO. munera, quæ huc affers,
ea volo.

CA. Facile crediderim. PIN. sed quid cessas red-
dere?

CA. Non reddo. Nos ipsi offeremus intus hæc.

HO. Non integrum est vobis profanis hominibus,

Coram interesse sacris. CA. cur non sit inte-
grum?

HO. Non est. CA. Iam vestra fraudes apparent
palam.

HO.

Senarij
Iambici
Acatale-
cti.

ggrediun-

? Abel vi-

bertus illud

. ipse hodie

nibus.

nt & ven-

lo vendere.

a contra il-

rnaclo ipse-

aliquid au-

s facere; sed

cedimus in-

reda nostra

lescentulos

(struunt.

obis insidias

riatus est

tan.

ACTVS

HO. Quas fraudes narras furcifer? CA. Vab, num rogas?

De quibus Palaestinam per totam rumor est.

HO. Hem pergis nequam; si non reddes ilicet,

Et hinc abscedes extemplò; continuò tibi

In ventrem pugnos ingeremus ambo. CA. quid?

Vt vos nebulones omnes perdant inferi!

Dico atq; edico, atq; iterum praedico tibi:

Si me vnico tetigeris digitulo, hac silice

Caput diminuam tibi, vt vnâ cum dentibus

Linguam exscrees. HO. Vide quaeso confidentiam

Mastigia. Hem frater, quid moramur? huc ades;

Circumsiste; cedo sportulam. CA. Quid vis? cape

Hanc alapam tibi. PI. feri, feri. HO. feri.

Heus puer, huic inuola in crines. PI. hem vapula.

CA. Et tu vicissim vapula. HO. tuq; pariter.

CA. Va mihi! va finite me. Nec ipsus Hercules

Aduersus duos. HO. Quid cessas? Cede, rape, trahere,

Contunde. CA. Itane agitis? enimverò voce est

opus.

Heus Abel, subueni ocyus, subueni mihi.

AB. Adsum tibi, adsum. Quanam haec concertatio

Tam iniqua? solum cum solo fas congregi.

Siccine vos nebulones impurissimi,

Siccine tractatis hospites? O viinam ego

Haberem fustem vel furcam! sed interim

Pugnos istos aequi boniq; consulas.

Hem tibi, hem tibi; sic, sic datur trifuribus.

Hem Cain, quid cessas? feri, cede, verbera.

HO.

HO. Quid nobis est, nequam, tecum commercij?

AB. Istud quod iam sentis; hem vapula; hem accipe.

PI. Fugiamus isthinc, antequam nobis gulam
Interstringant aut pertundant pugnis caput.

CA. Hem! quò fugitis? resistite; hem resistite!

Huc agite; hìc Rhodus est, hìc saltemus amplius.

AB. Diuidamus operas; tu alterum, ego iudem
alterum

Subigamus. CA. hem! HO. va mihi! PI. va va
mihi! desine;

Plusquam satis comedimus iam verberum.

HO. O ciues! populares! incolæ! accola! aduenæ

Date viam, qua fugere liceat; quæso facite

Tota vt platea pateant. CA. quò te proripis,

Scelestè? siste gressum; tenere, tenete eum.

HO. Ah obsecro, per omnes Deos, ne tenete me;

Caput dolet, nec prospicio, nec audio

Præ dolore, præq; tantis ictibus. PI. heu mihi!

Ah parce. CA. non parco. PI. va mihi! desine ob-

secro.

CA. Iam desinam. Sed hac conditione, & omine:

Si te deinceps in furto deprehendero:

Continuò te hercle ego dedam discipulum cruci.

ELI, CAIN, HOPHNI, PINEHAS,
ABEL, ADAM.Eiusdem
generis.**P**ROB DEI atq; hominum fidem! quidnam tu
multus hicMalè portendit, Filij? quid, obsecro,
Hiatis, mussatis, & tacetis? cur mihi

Non respondetis? CA. oh, mi Domine; isti tibi

Respondeant, qui præ doloribus & metu

Vbi sint nesciant? EL. sed quæ causa est metus?

HO. Caue, pater, ne credas quicquam improvidè

Istis nebulonibus, qui nos omni sine

Causa iam verberauerunt ferè ad necem.

EL. Factum hoc est? PI. factum est omninò. HO.

factum est ita.

EL. Quanta hæc audacia est? quanta hæc iniu-
ria?

Quis vos adegit huc furor? quæ temeritas?

Quæ causa tam seui facinoris? CA. iam scies,

Ausculta tantùm. HO. ne auscultes pater; nihil

Quàm cruda & crassa narrabunt mendacia.

CA. Sacrilegi sunt; vt vno verbo omnia simul

Complectar. EL. quid ais? CA. dico, dixi, & di-

cam adhuc

Semel: sacrilegi sunt. HOP. quid narras fut-
cifer?

CA. Tuq; & hic frater tuus trifures estis, & sacri-

Sacrilegi. Nam sacrilegia quotidie DEI
 Patratis in Domo. HO. mentiris carnifex.

CA. Non mentior per IHOVAM. HO. vide im-
 pudentiam

Agricola, pater; vt audacter iurat; id quod
 est

Perfricta frontis indicium certissimum.

EL. Videlicet. Nam qui facile iurare solet,

Facile mentitur. AB. Verum dicit, & nihil

Plane mentitur. EL. Ast vnde hoc probabi-
 tis?

Nam enim satis est affirmare bona fide ali-
 quid:

Sed vt testimonijs confirmetur opus est.

CA. Vbi rerum testimonia adsunt, non opus

est verbis. EL. Vbi rerum sunt testimonia?

AD. Nescis tu, quid scelerum committant tui

Gnati? hoccine officium boni patris? hoccine

Sacerdotis officium boni ac industrij,

Nescire quomodo reditus Ecclesia

Perdantur atq; prodigantur nequiter?

EL. Quo pacto perduntur, senex audacule?

AD. Tota hoc Palaestina nouit: tu vero vnus

hoc

Ignoras? Bella certe est haec oratio.

PL. Siccine tu Sacerdoti summo respondeas?

CA. Caue ne tetigeris, Sacrilege, digitulo.

EL. Quidnam tibi furati sunt? AB. na pluri-

mum

Nostris vicinis sepius. Nuper equidem
Huc obtuleram Deo donaria; illa omnia
Circumtulit vendenda publicè anicula.

AD. Et nobis vi nostra sunt ausi munera
Rapere. PIN. Proh Deum atq; hominum fidem!
quod hoc

Genus est, quæ hæc coniuratio, ut omnes rustici
Sacerdotes & vates oderint sacros?

Esse aduersos æquè studium & malitia,

Omnes vno simul edocti videntur in

Ludo, ad mendacia & meras calumnias,

In quo magistros esse istos certè scio.

CA. Quid, impurissime omnium, nostrum ordi-

Audes calumniari? ut te perdant malè

Orcusq; & omnes orci infernalis incola!

EL. Abite; deliratis omnes. Vis & copia

Epoti vini vestros interturbat spiritus;

Edormite crapulam; Ego faxo, quod iustum &
pium est.

CA. Habeas, alas, foueas, ames, defensites

Istud Gnatorum par nobile, si dijs placet.

Viuas cum eis, capias, rapias, malè pereas.

AD. At nos deinceps, ne spem pascas vanidam,

Te viuo, nil huc afferemus munerum.

ACTVS II. SCENA IX.

ELI, HOPHNI, PINEHAS.

Eiusdem
generis.

Proh scelus infandum & facinus indignum ac
malum!

An quicquam hodie à quoquam factum est indignius ?

Istene erant itiones crebrae tardiq; reditus ?

Istene emanfiones totis noctibus ?

Nimirum vti tabernam inter vinariam

Aut cum scurtillis clam sub recto

Ecclesiae sacra dilapidaretis bona.

Haccine erat, quae reditus minuebat, vilitas ?

Si quis contra hominem mortalem deliquerit,

Eum parti laesa iudex reconciliat.

Si quis in immortalem DEVM deliquerit :

Quis istam culpam poterit deprecari ?

HO. Quid nobiscum, pater, iurgas morosius ?

PI. An tu credes tam facile rustico gregi,

Qui totus est compositus ex mendacys ?

HO. Puræq; & putæ sunt nugæ ; sunt somnia ;

Logi sunt ; figmenta sunt ; meræ sunt ineptiæ ;

Nullus poeta commentum tam futile

Finxit vel scripsit, vel somniauit vspiam,

Atq; hæc est, quam ebrj finxerunt rustici,

Furore perciti Baccheo, fabulam.

EL. Non est de nihilo quod narrarunt rustici.

PI. Num tu fidem adhibebis scabiosis rusticis :

Quis nulla frons, & nulla conscientia ?

EL. Nolo diutius vobiscum in publico

Litigare ; secedite paululum : plura intus, hæc

De re, vobiscum colloquar ; secedite.

ELI, DINA.

Otonarij
Iambici
Acatal.**Q**uantum magis magisq³ mecum cogito: ma-
gnum malumMei mihi dabunt Gnati. Nam fama hac de illis
vndiq²Magis magisq³ increbescit. Nū verò patiar proprios
Ignominia notari filios? non equum & iustum id
est.Ita sunt hodiè morati omnes nostri ciues atq² rustici
Ve pessimis suos sacerdotes soleant calumnijs
Deformare, atq² ipsis & ipsorum toti familiae
Deterrimorum monstra horrenda flagitiorum as-
fingere.Id & procul dubio mihi meisq³ Gnatis iam acci-
dit.Nerui prudentia sunt, nil temerè & facile credere.
At quid hæcSibi vult mulier, infantem meis apponens edibus?
Quid isthoc est? DI. Puer est. EL. video. sed cuius
est? DI. Gnati tui.EL. Quid murmuras? dic clarè; vnde est isthic pu-
er? DI. è Gnato tuoSuscepi eum. EL. Quid cum Gnato meo tibi negotij?
DI. Utinam nihil fuisset! adhuc illibatus mihi meus
Foret pudor, quem illa tua prænobilis propago. Pi-
nehasMifera mihi, & repugnanti eripuit. Va mihi! va va
mihi
Mifera

Miserrimarum omniū miserrima misereq; perdita!

EL. Mulier es; facile potes ex oculis elicere tibi lacrimas.

DI. Hem, derides adhuc? has lacrimas mihi exprimit dolor

Tuumq; Gnatus. EL. Quid demum ergo Gnatus fecit meus?

DI. Me imbellem & reluctantem magna contentione feminam

Per vim nequiter sacris cōpressit & vitiauit edibus.

EL. Factum hoc est? DI. factum ceriè; facti hio testis est puer.

EL. Mea mulier, tolle modò hinc infantem, domiq; illum educa,

Clam vulgo; loco nurūs habebō te, dum vixero, Nec patiar tibi defieri quicquam, quin, quod opus sit, liberaliter

Et perbenignè prabeatur; cela istud tantum scelus, Et parce dignitati nostri muneris. DI. s; illud modò

Celari possiet. EL. facile poterit. DI. verum, quanam meam

Mibi pudicitiam ademptam reddit? EL. pro illata iniuria hac

Reddetur argentum. DI. sed argento non redimitur pudor

Semel amissus. EL. sic est quidem: sed quod reparari non potest.

Id equo perferas animo, nec te ipsā frustra maceres.

I 4 DI.

136 SAMVEL PRINCĒPS.

DI. Facillimè, cum valemus, agrotis recta consilia damus.

EL. Sed sine te exorem. DI. Si tam facile quis exorari possiet

Ac orari. EL. Tandem annue, atq; infantem à foribus tollito.

DI. Quid reddes? EL. En quadraginta siclos; atq; hinc abi;

Si quid deerit in posterum, præbebo. DI. præbebis? EL. en tibi

Dextra esto hæc pignus. DI. Heus, nunc acquiescã inducta precibus tuis;

Sed si sefelleris fidem, magnam tibi scribam dicam: Et faciam, vt facinus hoc pateat lippis simul & tonsoribus.

EL. Stabo promissis: aufer infantem tandem hinc ab ostio.

ACTVS II. SCENA XI.

ELI.

Senarij
Iambici
Acatale-
cti.

Quid igitur faciam? quidnam capiam consili?
Quæ his inueniã malis remedia ingentibus?

Nullum me arum rerum initium queo
Vsquam reperire. Sed nunc obiter incidit:
Per sepe magna animi fama q; vulnera
Per matrimonium sanari ac corrigi;
Ac animos agrotos facile reducier
Ad sanitatem mentis. Igitur Filio

Dabo

Dabo vxorem, sperans sic consuetudine, &
 Coniugio liberali deuinctum, dehinc
 Sese facile ex illis emer surum malis.
 Nunc ergo recta conueniam Eleasarum;
 Orabo Gnato vxorem gnatam; si impetro:
 Quid aliàs malim, quàm cras fieri nuptias?

ARGUMENTVM
 ACTVS TERTII.

D Er dritte Act thut jetzt angahn/
 Da kömpt ELI vnd zeigt an/
 Das Eleasar woll vertrau
 Sein Tochter PINEHÆ zur Frau/
 Fragt darnach aller erst sein Sohn/
 Ob er sie auch zum Weib woll hahn/
 Welcher erstlich solchs nicht wil billichn/
 Endlich aber thut er drein willgn.
 Vnter des kömpt ein Englischer Both/
 Samuels gleitsman in gfahr vnd noth/
 Vermeldt das jho in der Nacht
 Gott der HERR sich hab auffgemacht/
 Ihn auffzuruffen von dem schlaff/
 Vnd anmelden die gewlich straff/
 Die vber Eli vnd sein Geschlecht
 Er woll schicken aus sein eyffer gerecht/

J v

Wie

Dabo

Wie dann auch also bald geschicht/
 Vnd von Gott Samuel bericht/
 Daß er ihm solches sol anzeigen/
 Bey Samuel thut sich furcht ereign/
 Scheut sich solchs Eli anzusagn/
 Doch thut er ihm endlich vortragn/
 Eli schlegt solches in den windt/
 Vermeinet das er leichtlich kündt/
 Durch Dpffer solch straff abwendn/
 Vnd also Gotts zorn vnd rach endn/
 Gehrt drauff mit seiner Hochzeit fort/
 Lest seinem Sohn an diesem ort
 Sein Braut Rebecam despondirn/
 Vnd sie zusammen copulirn/
 Wird also dieser Act mit frewd
 Beschlossen vnd gehalten Hochzeit.
Als diesem Actu solt ihr euch
 Zu gemüth führen allzugleich/
 Das Gott der HErr ein Richter sey/
 Der keine Sünd vnd Vüberey
 Den Gottlosen wil vbersehn/
 Wann sie gleich sicher dahin gehn.
 Vor ihm man nichts verbergen kan/
 Wann mans auch wil gar heimlich han/
 Sein Augn sind wie der Sonnenlicht/
 Damit er in all Winckel sicht/
 Vnd in dem die gottlosen leut
 Hingehn in tieffer sicherheit/

Pfal. 39.

Syr. 23.

Tracht

Erachte er darauff wie er sein racht/
 Zorn/straff/plag vnd all vngemach/
 Vber sie vnd ihr gankes hauß
 Aus rechtem eyffer giesse aus.
 Drum Menschenkind nim wol in acht
 Alles was du thust/vnd betracht/
 Das Gott der Herr dein thun vnd tichten
 Alls sieht vnd weiß/vnd streng wil richten.
 Darnebn erscheint hieraus auch sein/
 Wie die Eltern gesinnet sein/
 Wann ihre Kinder bübisch lebñ/
 Pflēgn sie ihnen Weiber zu gebñ/
 Meinen sie wollñ sie widerumb
 Also machen ehrlich vnd from/
 Aber wie das pflegt außzuschlagñ/
 Das wird der vierdte Act besagn.
 Auff dieses mal behalt nicht mehr/
 Denn nur fürhlichen diese lehr:
 Wer sich beflissen Hurerey/
 Der bleibt in solcher büberey/
 Wenn er gleich ein ehrlich Weib frey.

Matt. 12.
 2. Cor. 5.



ACTVS

Senarij
Trochaici
Catalect.

Hinc abiens heri, conueni Eleasarum,
Ordinis mei & tribus Leuiticæ
Sacrum antistitem, qui itidem sacerdotio
Fungitur, virum antiqua virtute;
Oraui illum, vt filiam suam Rebeccam
Vxorem daret Gnato, sed vix cum
Exoraui. Plurimæ namq; ipsi erant
Excusatiuncula. Iam virginis
Prætebat ipse infantiam; imparem
Iam morum vitæq; consuetudinem.
Pergræue & periculosum, inquiebat, est
Adolescentulo imperito filiam
Vnicam & tenellulam iugare. Sed,
Post longas tandem vltroq; & citro diu
Dissertationes habitas inuicem,
Annuebat & precibus meis locum
Concedebat, spondens sese filiam
Vxorem daturum filio meo.
Crastinus dies, DE O dante, nuptijs
Constitutus est. Nunc mihi Gnatus est
Conueniendus, vt hanc ad vxorem applicet
Animum; quod primò per mirum ipsi accidet.
,, Nam qui dissolutis viuunt moribus,
,, Ac amoribus meretricijs student,
,, Vxores sibi dari peragrè ferunt.
,, Ast eccum! commodè prodit huc.

ACTVS

ACTVS III. SCENA II.

PINEHAS, ELI.

A Tat, data hercle verba mihi sunt; vicit vi- Octonarij
Iambici
Acatale-
ti.
num quod bibi;
Vicit amor me; vicit Venus; vicit voluptas Mu-
fica.

At, dum accubabam, quàm videbar mihi pulcrè esse
sobrius?

Postquam surrexi, & paululum huc in auram aper-
tam prodij;

Neg, manus, neg, pedes, neg, mens suum officium
rectè facit.

Quid ego nunc ago? secretum quendam isthinc in
angulum

Me subducam, atq; ibi hoc villi securo somno edor-
miam.

EL. Ebrius est; id quod facile oratio totiusq; cor-
poris

Tam stulta & valdè ridicula isthac gesticulatio in-
dicat.

Quàm bellè in ipsum conuenit verbum vetus: Vi- cc
num virum

Prodit, ceu se prodit forex! accersam eum huc; hem cc
Pineha!

PI. Quis me vocat? hem! pater est; non videram.
Salue, quid vis pater?

EL. Vxorem ducas; hoc volo. PI. quid vis pater?
quid dicis? quid iubes?

EL.

ACTVS

EL. Vxorem ducas; hoc volo; hoc iubeo; hoc edico; hoc impero.

PI. Nil audio; surdo, pater, narras anilem fabulam.

EL. Obedias mihi; hoc volo; ducas vxorem postulo.

PI. Quid si cœlum ruat? EL. mirum est, quid tu demireris adeò;

An non etas isthac tua est ad matrimonium aptissima?

PI. Malo esse caelebs. Verùm, quam, queso, vxorem dabis, pater?

EL. Eleasari sacerdotis vicini nostri filiam Rebeccam, puellam lepidam & castis moribus, quam facile ames.

PI. Violaceam illam virginem, lusciam, ventriosam, Obstipam, aspero ore, aduenco naso, gibboso tergo, pede

Claudam, rubramq; crinibus? non possum pater, non possum. EL. at est

Prædiues. PI. mi pater, alia omnia faciam, que mihi imperes;

Hoc tantummodò non imperes; Iniqui certè pateris est

Ad matrimonium infelix inuitum cogere filium.

EL. Non cogote, fili; verùm, quod æquum est, bona abs te gratia

Studeo impetrare. Sed cur non illud abs te demum impetro?

PI. Pater est; quid agam? EL. Quid stas? cur non respondes, & pares mihi?

PI. Quanquam cupio diutius vitam agere celibem: tamen

Potius, quam te, pater, inimicum habeam, faciam, sicut iubes. EL. bene facis,

Et merito te amo, mi Pineha; tibi feritur, tibi meretur;

Tua hic causa agitur; commodum hic quaeritur tuum, mi Pineha.

Domum abibo nunc, & canatus me recta cubitum conferam,

Summoq; mane surgam, ut qua sunt opus ad nuptias tuas,

Parari curem: tu modò, ne sis mihi in mora, vide.

PIN. Neq; isthic neq; alibi, pater, tibi erit in memoria vsquam.

ACTVS III. SCENA III.

PINEHAS.

Vxorē me ducturum promisi patri: at nihil adhuc praeter promissum est; respondendum erat aliquid.

Ducam tamen, ne vera causa suppetat patri Me obiurgandi, si denegem; sed non scintillula Amoris erga virginem illam pectus vsulat. Cupido alatus ille longè pectore exulas.

Septenas
rij iambi-
ci Acata-
lecti.

verum

Pl.

Verùm Cupido auri atq; argenti exastuat, & magis
 Multò valent hucus tela aurea atq; argentea,
 Quàm illius, de quibus poëta multa somniant.
 Dotem sumam, consumam, perdam & abliguriam.
 Exin transfugiam ad Martem, relicta Venere hac
 (scilicet.)

Sed de his satis, prorepam intrò, meumq; lectulam
 Ingressus, gliris instar dormiam, vsq; ad crastinum
 Solem; nec me canes, aut galli excitabunt garruli.

ACTVS III. SCENA IV.

SAMVEL.

Senarij
 Iambici
 Acatale-
 tici.

E Heu mihi! quantas turbas modo Pinehas
 Dedit! quàm hostili in me est debacchatus a-
 nimo!

Totus vino madidus, & temulentus ad
 Prodigium, in me immerentem impetuosè irruit,
 Et plagas inflixit cruentas corpori,
 Absq; omni culpa; tantùm ex iracundiæ
 Feruore, & suspitione vana & futili.

Heus Sycophanta perfidissime omnium!
 (Voce exclamabat stentorea) tu nos, scelus,
 Prodis, defers, obtrectas & accusas apud
 Patrem; hem, nequam! merces hæc debetur tibi.
 Ecquid agam? Tu qui solus iusta indagine
 Abyssos intimas scrutaris cordium;
 Tu IEHOVA, tu nosti, quam ambulem via;
 Tibi committam vindictam; soli tibi

Debe-

Debetur omnis vltio ; tu retribues
 Vnicuiq₃ sua secundum facinora ;
 Tibi, licet miseris valde afflicter modis,
 Custodiam illibatam conscientiam,
 Et in mea statione stabo stabilis, &
 Ineptientis mundi contemniam ineptias.
 Multa tulit ac fecit puer, sudavit &
 Alsit, persapeq₃ vapulauit duriter.
 Nam sic soles I E H O V A ; si quem extollere
 Cupis : vt primò illum deprimas, atq₃ varijs
 Exerceas arumnis & laboribus.
 At hoc olim iuuat meminisse suauiter,
 Et prateriti sanè laboris memoria
 Iucundam habet delectationem postmodò.
 Sol occidit ; decubitus tempus imminet,
 Et somnus paulatim sese ingerit oculis.
 Ibo atq₃ in vestibulo Tabernaculi foris
 Decumbam. Qui locus meo cubiculo
 Est destinatus, vt seruem ; ne tempore
 Nocturno, fortè sacrilegus damnum paret,
 Et fortè abripiat quippiam è sacris ædibus.

ACTVS III. SCENA V.

GABRIEL.

ENego sum summo demissus ab æthere summi
 Angelus ipse DEI
 Vt dux atq₃ comes Samuelem cominus omni
 Secter vbiq₃ via,
 K Et pro-

Hexam.
cum Da-
ctylico.

P S.
 at, & magis
 ntea,
 uniant.
 abliguriam.
 Venere hac
 q₃ lectulum
 ed crastinum
 unt garruli.
 I V.
 Pinehas
 baccharus a
 osè irruit,
 ia
 elus,
 ud
 ebetur tibi.
 ine
 bulem via ;
 Debe-

146 SAMVEL PRINCEPS,

Et procul auertam validâ discrimina rerum,
 Damnaq; cuncta, manu,
 Quae geminae Eligenae Furijs horrentibus acti,
 Et stimulis odij,
 Arte struunt varia, neq; quicquam tale merentem
 Turpiter exagitant.
 Ast hi succumbent: verum caput altius ille
 Tolleat ad astra poli.
 Id quod ei dictis modò iam praedicet apertis
 IHOVA ter omnipotens.
 Nunc igitur, placido condit dum lumina somno,
 Nocte sub umbriferâ,
 Vicini hinc inter penetralia proxima tecti:
 Protinus aggrediar,
 Excutiamq; oculis somnum, quò verba IEHOVA
 Clariùs accipiat.

ACTVS III. SCENA VI.

IEHOVA, SAMVEL,
 ELI.

Senarij
 Iambici
 Acatal. **S** Amuel, Samuel. SA M. en adsum; cur me vocas,
 here?
 En adsum. EL. non te vocavi; fortè somnias.
 SA. Nil somniaui; sed vigilans vocem audij,
 Quae me meo bis iam vocavit nomine.
 EL. Nil est; reuertere in cubiculum tuum,
 Ac aurem in vitramuis dormi quietus, &
 Securus. SA. Ibo in nomine Domini mei.

IEH.

IEH. Samuel, Samuel. SA. en adsum; cur me vo-
cas, Here?

En adsum. EL. non te vocaui; forte somnias.

SA. Nil somniaui; sed vigilans vocem audij,
Quæ me meo bis iam vocauit nomine.

EL. Nil est; reuertere in cubiculum tuum,

Ac aurem in vtramuis dormi quietus, &

Securus. SA. Ibo in nomine Domini mei.

IE. Samuel, Samuel. SA. en adsum; cur me vo-
cas, Here?

En adsum. EL. non te vocaui; forte somnias.

SA. Nil somniaui, sed vigilans vocem audij,

Quæ me meo bis iam vocauit nomine.

EL. Quid hoc miraculi est inauditi & noui?

Iam teneo rem. IEHOVA eum præsens vocat.

Quid hæc repentina portendet vocatio?

Nihil boni mens præsagit mihi: sed heus,

Redi in tuum cubiculum, & si postmodò

Adhuc semel vocem vocantem audiueris:

Extemplo latus ac ouans respondeas,

Hunc in modum: Loquere IEHOVA maxime;

Seruus tuus iam—dudum arreclis auribus

Vigilat, & audiendi cupidus expetit

Cognoscere, quid rerum seruo tuo imperes.

SAM. Habeo tibi pol gratias, mi Domine, pro

Hoc consilio tuo; reuertar, & animo

Promptissimo faciam, quemadmodum iubes.

Senarij
Iambici
A catal.

SAmuel, Samuel. SA. Loquere IEHOVA ma-
xime;

Seruus tuus iam dudum arrectis auribus
Vigilat, & audiendi cupidus expetit
Cognoscere, quid rerum seruo tuo imperes.

IEH.

Hexame-
tri Hero-
ici.

En equidem Isacidas inter, Abraęq; nepotes
Magnum opus, & cunctis mortalibus admirandum
Aggredior, peragoq; ausis ingentibus illud,
De quo fama leuis cuius pertinget ad aures:
Frigidus extemplo tremefacta in pectora sanguis
Confluet, & trepidos subitus stupor obruet artus.
Mox veniet funesta dies, & tempus acerbum,
Cum subito Eligenum totam è radicibus imis
Excindam stirpem; neq; me sententia vertit.
Vltor ero; repetensq; iterumq; iterumq; minabor;
Vltor ero pernix, & inexorabilis vltor.
Nec prius absistam, quam totum è vertice summo
Extirpem genus inuisum gentemq; scelestam.
Scilicet, hanc sæuam meruere piacula pœnam,
Quæ duo patrarunt fœdo conamine Nati.
Nam quid dissimulo, tacitusq; silentia præsto?
Num tantâ indoluit scelerum formidine demens?
Aut frons leta parum fuit, & vox excidit ore
Asperior? Quare Numen testatus, & aulam
Sideriam, magnum & memorabile iuramentum

Iura-

ACTVS III. SCENA IIX. 149

Iuravi: scelera hæc, ac infinita piacula
Hostia nulla vnquam, ritu maculata sacro,
Delebit; verùm illa illi indeleta manebunt
Æternùm; hæc summa est; hæc nostri nuncius esto.

ACTVS III. SCENA IIX.

SAMVEL.

Orona-
rij Lambi-
ci Acata-
lecti.

Pendeo animi; hoccine tam improuisò oracu-
lum oblatum mihi;

Idq̄ tam horrendum auditu & exitiale Eli toti fa-
milie!

Membra metu debilia sunt; animus timore obstu-
puit; pectore

Consistere nihil consilij quicquam potest. Vah! quo-
modo,

Qua fronte, quaq̄, mente istud IEHOVA summi
edictum exequar?

Cur mihi IEHOVA demandasti illud? cur non po-
tius eam

Prouinciam committis, quibus senilis est autoritas?

Ecquid faciam? Dicamne, quæ dicenda nocte hæc
summus &

Ter maximus Imperator imperauit voce seria?
Præstat obsequi Deo magis ac Eli Sacerdoti. Ta-
men

Prodire in conspectum illius cum tam funesto nuncio
Vereor. O quantus opprimet miserum senem subi-
tò dolor!

K 3

Hor-

150 SAMVEL PRINCEPS.

Horresco semper, vbi huius de pœna immanitate
cogito.

Cessatum est vsq; adhuc; cessare sed diutius haud
finit

Metus ira diuina. Ni fallor, iam concrepuit ostium;
Prodit nescio quis. Concedam huc.

ACTVS III. SCENA IX.

ELI, SAMVEL.

Eiusdem
generis.

Ita, vt dixi, facite omnia.

EGo Eleasarum conueniam, vt huc cum gnata
prodeat,

Vt fiat ritu solenni & consueto desponsatio.

SAM. Herus est, adibo: saluus sis præceptor dilectissime.

EL. Euge Samuel, te ipsum volo. Commodè, data
velut opera,

Mihi sis obuiam; iam dudum ex te resciscere gestio,
Quale isthac nocte somnium somniaris. **SAM.** Vt
nam somnium

Fuisset vanum, ac irritum, cuiusmodi sapissimè

Mentes humanas deludunt falsa mali formidine!

EL. Quid ergo tandem illud fuit? cedo Samuel. **SAM.**
metuo eloqui.

EL. Taces? **SAM.** durum audiui verbum. **EL.** vnde?

SAM. ex ipso IHOVA maximo.

EL. Quid hiscis? ne celsa. **SAM.** reformido valdè tibi
dicere.

EL.

EL. Adhuc cessas? Adiuro te in IEHOVA summi
nomine,

Vt absq; mora illud, quicquid sit, mihi palam & a-
pèrte nuncies.

SAM. Ausculta ergo: Tibi, ceu iussit ipse, IHOVA
ipsissima

Verba, aut potius fulmina verborum tonantium
grauissima

Apèrte proloquar, nulla circuitione vsus amplius.

Hac nocte cum postremò abscederem in cubiculum
meum:

IEHOVA voce irata ad me sic est locutus, EL.
quomodo?

SA. En equidem Isacidæ inter Abraç; nepotes
Magnum opus, & cunctis mortalibus admirandum

Aggreditor, peragoç; ausis ingentibus illud,

De quo fama leuis cuius pertinet & aures,

Frigidus extemplò tremefacta in pectora sanguis

Confluet, & trepidos subitus stupor obruet artus.

Mox veniet funesta dies & tempus acerbum,

Cum subitò Eligenùm totam è radicibus imis

Excindam stirpem; neç; me sententia vertit.

Vltor ero; repetensç; iterumç; iterumç; minabor;

Vltor ero pernix, & inexorabilis vltor.

Nec prius absistam, quàm totum à vertice summo

Extirpem genus inuisum, gentemç; scelestam.

Scilicet hanc seuam meruere piacula pœnam,

Quæ duo patrarunt fœdo conamine Nati.

Nam quid dissimulo, tacitusç; silentia præsto?

Hexame-
tri Hero-
ici.

K

Nana

Num tantâ indoluit scelerum formidine demens?
 Aut frons læta parum fuit, & vox excidit ore
 Asperior? Quare Numen testatus, & aulam
 Sideriam, magnum & memorabile iuramentum
 Iuravi: scelera hæc ac infinita piacula
 Hostia nulla vnquam, ritu mactata sacro,
 Delebit: verum illa manent, semperq; manebunt.

EL. Hoccine est tibi dictum à IEHOVA? hoccine
 est demandatum tibi,

Mihi vt denuncies? SA. videlicet, EL. Grauis est
 comminatio.

SA. Certè est perquam grauis. EL. IEHOVA in
 nos omnes imperium habet;

Faciat, quodcunq; diuæ ipsius maiestati placuerit.
 Tu verò redi in Tabernaculum, & , quæ sunt opus
 fideliter

Exequere. SA. fiet, ceu iubes. EL. Ego hinc ad E-
 leasarum

Prouisam. Dura atq; aspera hæc oratio est quidem:
 attamen (stia)

Spero IEHOVAM placatum iri; si largiores ho-
 Deinceps offeram, ac ita gnatorum scelera expient
 ac eos

(Ceu facile his nuptijs me effecturum mihi per-
 suadeo)

Reuocem ad vitæ prioris emendationem seriam.
 Nam sic animum iratum IHOVÆ reducam ad
 misericordiam, (dere)

Quæ non patitur omnes ipsum fluctus irarû effun-

ACTVS

ACTVS III. SCENA X.

HOPHNI, PINEHAS.

Hodiène duces vxorem, iussu patris, frater?
Pi. Sic heri promisi totus vino madidus. Ho.
hem! duces?

Septena-
rij scazon
tes Acata-
lecti.

Pi. Ducam, accumbam, propter-dormiam, dotem
auferam, ablatam
Consumam, perdam, scortando, potando, ludendo,
Antiquum obtinens meum. Ho. quid inde? Pi. de-
seram; in bellum

Profugiam. Ho. rectè. me comitem tibi adiungam.
Et commodè. Nam iam Philistæos Palestine
Parare bellum dictitant. Pi. sic fama fert. Ho. st st:
Tace sis; en pater. Pin. Simulabo, quasi vrge-
am valdè

Nuptias, ac vxorem desiderem amore permagno.

ACTVS III. SCENA XI.

ELI, PINEHAS, ELEASAR, REBEC-
CA, SARA, HOPHNI.

Occidunt me, nimis dum sanctas nuptias
Student facere; in apparando consumunt
diem.

Senarij
Iambici
Acatal.

Sed mox aderunt; vbi Pinehas sponsus est nouus?

Pi. Præstò est; desine. Cur sponsa non accersitur?

EL. Mox aderit: atq; eccum socerum Eleasarum;

Huc prodit. ELE. Iubeo vos binos. EL. & nos tibi

K 5

Habe-

EP S.
ne demens?
dit ore
aulam
ramentum
crato,
manebunt.
VA? hocci
L. Grauis est
IEHOVA in
ti placuerit.
ua sunt opus,
go hinc ad E-
io est quidem.
(stias
largiores ho-
celera expiem,
um mibi per-
em seriam.
reducam ad
(dere.
us irarū effun-
ACTVS

Habemus gratiam; at quidnam velim, tenes?

ELE. Scilicet ut Gnatam meam vnicam dem Filio?

EL. Hoc ipsum est, cuius gratia convenimus huc,
Et hic dies est praesentis nuptijs.

Ergo iam denuò, mi Eleasare, te peto

Per nostram amicitiam & communionem ordinis,

Perq; vnicam gnatam tuam & gnatum meum,

Ut me adiuves in hac re, atq; ita nuptiae,

Futurae qua sunt, fiant. ELE. ab ne me obsecres.

Si induxti istud animum, fore vtriq; utile:

Nolo tibi vllum commodum in me claudier.

EL. Cur ergo non iraduxisti tecum huc eam?

ELE. Nunc adducetur. Heus Sara, cum Filia

Prodi foràs. Sed tu prius, Gener, fidem

Praesta mihi, ut meam gnatam, ceu cor tuum,

Ames, ac equo erga illam sis semper animo,

Rebus tam prosperis, quàm aduersis; nec vllibi

Eandem deseras, aut abs te segreges.

PI. Praesto fidem, ac illam servabo praestitam

Sanctè & castè; dum concavum istud est super

Me, dumq; convexum est hoc infra me situm.

ELE. Benè est; Et tu hunc amabis vnicè virum

Deinceps, gnata, ac illi obadias, neq;

Fidem datam fallas. RE. cum tu, pater optime,

Sic suades; nubam huic adolescentulo lubens,

Et conjugalem servabo fidem fideliter.

ELE. Quod ergo IHOVA pronubus vertat benè;

Tibi meam gnatam Rebeccam, Pineha,

Despondeo, & desponsatam propriam disco.

*Vt omnes aetatis tecum annos exigat,
Et copiosa te prole faciat patrem.*

*EL. Et hoc opto tibi, mi gnate; ac vberem
Felicitem & perpetuam concordiam.*

*S. A. Tibi, Gener, tibiq; filia, coniugium precor
Fortunatum, longaeum, itemq; fertile.*

HO. Idemq; frater ex animo tibi gratulor.

*ELE. Eamus intrò & accumbamus; tempus est;
Corrumpitur cœna interim. PI. primò chorum*

Mea cum sponsa ducitare gestio;

Heus tu choraule, continuò mihi precine.



ARGVMENTVM

ACTVS QVARTI.

In vierten Act/der jetzt geht an/
Kömpt Pinehas der junge Mann/
Der ist seins Weibes vnd Ehe ordn
Schon allbreit vberdrüssig wordn/
Verzehrt jhr alls der lose Schalck/
Lest auch den alten Treidelbalck
Mit jhren Kleidern zu marcß lauffn/
Vnd jhrn weiblichen schmuck verkauffn/
Vnr des kömpt Juncker Satan her/
Der bringt seltsame neue mähr/
Sagt was er hab gerichtet aus
Bissher ins Priesters Eli Haus:

Seite

Sein Sohn geföhrt in sünd vnd schand/
 Vnd auch nun jhs in dem Land
 Die Philister zum krieg erregt/
 Vnd wider die Jüden bewegt.
 Darzu woll er nun auch zusam
 Treiben Hophni vnd Pineham,
 Das sie da solln erwürget werdn/
 Vnd grewlich vmbkommen auff Erdn.
 Darauff nun / auff's Teuffels getrieb/
 Pinehas vergist ehelicher lieb/
 Schlegt vnd verlest sein armes Weib/
 Welches da geht mit schwangerm Leib/
 Lauffen beyd mit einandr in Krieg/
 Erhalten aber wenig sieg.
 Dann bald kömpt gritten ein Postboth/
 Bringt lauter jammer / noth vnd todt/
 Verkündigt ELI daß im streit
 Vmbkommen seine Söhne beyd/
 Thut ihm auch vber das noch fundt/
 Das d' Philister die Lad des Bunde
 Den Israeliten genommen/
 Vnd vnter ihre macht bekommen.
 Als ELI diß vernommen alls/
 Fellt er vom Stuel vnd bricht den Hals/
 Drauff geht ein groß wehklagen an/
 Sein Schnur geht trawrig von dem Plan/
 Erschreckt durch ihres Schweres todt/
 Stirbt plözlich in der Kindesnoth.

Also

Also laufft dieser Act zum end
 Trawrig/trübselig vnd elend.
 Ihr Eltern vnd Præceptores,
 Vnd aller Schulen Rectores,
 Erettet herbey vnd thut besehn
 Wies all den jenign werd ergehn/
 Die es alls lassen schlaudern hin/
 Halten nicht vbr der disciplin/
 Lassn ihnn nicht angelegen sein
 Die Kinderzucht/vnd mehr der Schwern
 Daheim achten/vnd ihrer Kindr/
 Dann ihrer selbst leiblichen Kindr/
 Verzertern sie wol selbst darnebn/
 Vnd bementeln ihr gottlos leb'n/
 Helffen ihnn vbr vnd thun sie stercken
 In ihren sündn vnd bösen wercken.
 Weh den Eltern vnd Præceptorn/
 Die sind warlich nur lauter Thorn/
 Vnd werdn ein mal am Jüngsten tag
 Mit grosser schmach vnd jammerflag
 Ein schwer vrtheil müßn hören an/
 Vnd sich erschrecklich richten lahn.
 Drumb laßt euch bzeit dauon ablencken/
 Vnd thut dieses mit fleiß bedencen/
 Es ist euch nicht vertrawt ein Kind/
 Sondern ewr von Gott gschencktes Kind/
 Drumb seid demselben nicht zu glind.

PINEHAS, AHALA.

Otonarij
Iambici
Acatal.

DVO tantum dies in coniugio sunt iucundissimi;
Quemadmodum poeta veteris tritum habet
proverbium;

Alter, quo ducitur coniux; alter, quo effertur mortua.
Alterum equidem haecenus transigi cum coniuge
mea diem. (domum;

Celebratae enim sunt nuptiae; deducta fuit vxor
Accubitum; propter dormitum; concepit; facta est
grauida: tum

Dotem haecenus vniuersam, itemque munera nuptialia
Consumsi, perdidit, abligurij; sed nunc quae possidet
Vestimenta, ac ornamenta (tunicas, pallas, redimicula,
Vittas & taniat, armillas, zonas, catenas, annulos)
Omnia diuendam; omnia perdam. Diuenditis &
perditis

Ita omnibus, fugam mihi consulam; & praueuiam
alterum diem,

Mortis nimirum vxoris. Nunc discupio vehementer
equidem,

Vt fiat obuiam scrutaria, sicut iusseram, ut sua
Ope, ex isthac lana, lino, gemmis, & vnionibus,
Conflet nummos argenteos. Namque isthic conflandi
es modus

„ Cunctis pol antecellit vstionibus Alchymisticis.
„ Verum, videone ego illam quam volo? oprato ve-
nit; en cape

HM

Has vestes ac ornatus, atq; venales exponito.
Et hinc mihi nummos, quam primùm potueris, confice, Ahala.

AH. Parata sum; quiduis oneris impone, sufferam promptissimè,

Nec committam, ut vestris videar vspiam desuisse commodis.

PI. Benignè polliceris; fac ut factū dictis respōdeat.

AH. Factum & dictum puta. PI. at iustum precium numera fideliter.

AH. Ehem dubitas de fide mea; quasi hæc non spectata sit satis?

Nulla ædepol fidelior viuit hodie mulier ac ego. PI. ehem, ehem.

AH. Quid hoc, Pineha? PI. screaui; nil ad te. AH. si vis habere me

Pro deridiculo: haud commorabor hîc tecum diutius.

PI. Quis te moratur? cur moraris? cur non te aufers ocius,

Et expedis negocium? AH. curram celeriter. At ubi

Requiram te? PI. ah nescis? apud meum scortillum Erotium.

Ed iam nunc eo; huc afferas mihi, quicquid pecunia confeceris; hîc omne Baccho & Veneri litabitur.

AH. Sat est scienti. Sic sum, sic soleo; Rei nempe publicæ

Communis pestis; in planam perditionis duco viam, quicunq; me sequuntur; ipsa, si vel maxime cupiat, Salus

Sc-

Seruare prorsus non potest illam domum aut fam-
miliam,

Qua me recepat hospitam; ac vno vt dicam verbo
omnia,

Furiarum quarta sum. Rapite, praedemini, furemini
Quodcunq; libuerit vobis. Ego diuendam omne,
quicquid est.

Seu sit captum aut raptum, aut furto sublatum, vel
dono datum.

At verò si pendebitis: soli pendebitis. Nam ego
Pendere nolo vobiscum. Avium enim cras cras cla-
mantium

Clamores tam horridos, & rostra tam foeda ferre
non queo.

ACTVS IV. SCENA II.

SATANAS.

HUc exeo furvis ex Orci faucibus
Satanas Rex ac magni imperator Tartaris
Idemq; Hostis IEHOVAE abiuratisimus.
Cui cum lecta Christi illius familia
Subindè bella totis intendo viribus;
E quo me cum mea cohorte, sedibus
Coeli è supremis, detrusit imam sub stygem.
Atq; hinc à primo rerum omnium primordio
Humanum cœpi persequi statim genus.
Et posteaquam prima isthæc coitio
Mibi feliciter cessit: non desino

Omnes

Omnes dolos, omnes fraudes, fallacias
 Omnes, omnes technas, omnesq; deniq;
 Mollitiones huc conuertere vnice
 Ut pessundem mortales, ac ipsos meis
 Transcribam Regnis inferis: nec me laetet
 Olim venturum semen illud foeminae,
 Quod conteret caput meum; sed nec dum ego
 Mordere cessabo calcaneum hostis mei.
 Nam quoniam in imo Auerni fundo vsq; in vltimam
 Aeternitatem me cum meis sodalibus
 Oportet tormentis angi grauissimis:
 Multos è mortalibus pœnae socios volo
 Mihi parare, qui mecum aeternum ardeant
 Atræ gehennæ commixtis pici ignibus.
 Et hoc eò pertentandum solertiùs,
 Quò propiùs imminebit demum totius
 Ruina Mundi, vbi antiquum repetent chaos
 Cœlumq; & tellus ac Elementa cætera.
 Et sanè operam non sumo prorsus inutilem.
 Nam monstrosa valdè increbescunt haereses;
 Passim meum nomenq; numenq; colitur;
 Vbiq; aræ conduntur subter frondibus,
 Contra DEI iussa, hîc insignis copia
 Mactatur hostiarum quotidie mihi.
 Vates pij, verbiq; præcones DEI
 Rarefcunt, & nullius assis propemodum
 Fiunt; tum conciones dudum publicæ,
 Sacerdos Eli dum præfedit hætenus,
 Siluere. Verùm vates nugiuenduli,

L

Et in

ps.
 num aut fa-
 dicam verbo
 ni, furemini
 ndam omne,
 sublatum, vel
 lam ego
 cras cras clā-
 m fœda ferre
 A II.
 or Tartari
 mus.
 ygem.
 mordio
 us.
 Omnes



Et in mea edocti schola, ad mendacia
 Et fraudes confingendas arte subdola,
 Augescunt passim, & audiuntur datâ operâ.
 Iisq; honos habetur & decernitur
 Vbiq; maximus; hæc directâ est semita
 Ad Tartarum; primus ego hanc inveni viam.
 Et hac multò maximam hominum multitudinem,
 E Christi regnis in regnum abduxi meum.
 Nam si doctrina falsa & mentita spargitur,
 Atq; in mortaliû mentes illabitur:
 Extemplò efflorescit passim seges omnium
 Scelerum & deterrimorum facinorum, velut
 Hæc præsens testis est ætas, qua nullibi
 Ferè pietas & virtus colitur: interim
 Tamen impietas, & morum omnium peruersitas
 Valdè inualefcit; hinc rerum confusio,
 Lites, seditioes, bella atq; prælia.
 Inprimis nunc instinctu & consilio meo,
 Nouum Philistæi bellum magno impetu
 Aduersus Iudæos hostes suos mouent.
 Proh quanta strages, & cædes, & funera
 Edentur in tractu terræ Cananeidos,
 Vbi Eben Ezer ac Apheck vrbes sitæ!
 Quot Iudæorum & Philistæorum millia
 Descendent in meam cum fletu regiam!
 Iussi Charontem cimbâs conficere nouas,
 Nouosq; contos, & plures sibi remiges
 Conducere, vt tot cæsis hominum millibus
 Par sit transuehendis. Verùm de istis hæctenus:

NANG

Nunc cuius gratia huc proceſſi maximè,
 Exponam paucis. Eli ſummus pontifex,
 Duos habet natos, Hophni atq; Pineham;
 Iſti, meis hortatibus, quam plurima
 Perpetrarunt hæcenus impunè facinora,
 Freti nimia ſui patris indulgentiâ.
 At iam mercedem pro merito ſuo ferent.
 Nam IHOVÆ ſupremi permiſſu (quo ſine
 Audere nil poſſum) deinceps vinculis
 Illos meis irretitos prorsus adigam
 Ad extremum furorem & ſummam inſaniam.
 Rationem abſtuli dudum; mentem denſiſſimis
 Obscuravi tenebris, obſtinatia
 Cor induravi duro ſaxo duriùs.
 Nil reſtat, quin nunc pertraham eos ad prælium
 Philiſtæorum, vt hîc pœnam luant modis
 Horrendis cæſi. Atq; hoc percommode accidit.
 Nam perſuaſi Iudæis, vt victoria
 Spe concepta vana & inani, Arcam fœderis
 Ad prælium deferri curent; huc ſuam
 Operam illi conferunt, & nunc ultro ruunt,
 Cæca acti maleſuade mentis vertigine.
 Hic eſt meus mos; hoc rependo præmium,
 Qui me colunt, mihiq; militant duci.
 Sed quid ſto? nebulâ ſeptus intrò me inferam,
 Priusq; pugna concitata domeſtica
 Prædam meam ad lanienam propellam ocuus.

Septena-
rij iambi-
ci Acata-
lecti.

A Bi scelestâ ; quid vlulas malè feriata ? quid
Oggannis bestia ? hem monstrum, quid ex-
probras mihi ?

RE. Ah parce mi vir ; hanc omitte tuam iracun-
diam.

PI. Instas obmurmuratrix mecum perplexè loqui ?

RE. Ah, mi vir ; cur me miseram verberas ? **PI.** Vt
misera sis,

Atq; vt te dignam semper malam mala atatem
exigas.

RE. Hac est fides promissa ? cur, mi vir, me deseris ?
Cur non manes, mi vir ? mane, mi vir ; mane mane.

PI. Pergin' ? tibi ego rationem reddam stimulorum
seges ?

Abi sacrilega ; missum me fac ; hem, quid detines ?

RE. Ah, mi vir, non mitto. **PI.** non mittis ? hem
sterquilinium.

RE. Va va mihi ! **PIN.** tace, vel si fustem cepero
manu :

Faxo, vt sexcenteplogæ nomen indatur tibi.

RE. Ah, mi marite ; mea voluptas, meumq; gau-
dium ;

Ab per Deum, per dextram tuam mihi datam,

Et per fidem conjugalem te oro, obtestor, obsecro,

Ne segreges me abs te. **PIN.** nil me moues ; abi
canis.

REB.

RE. Sine te exorem, mi vir. PI. Surdo narras fabulam.

RE. Ab respice hunc ventrem meum. PI. quid respiciam? apage.

RE. Si te nihil mouent momenta rationū omnium:
At per hunc foetum, quem hīc ex te gero sub hoc v-
tero meo,

Oro te, mi coniux, ne deseras me miserrimam.

PI. Ut te omnes eradicent inferi triuenefica!

Abi; redi ad tuos parentes, & cum eis peri malè.

Eamus; sequere frater; Arcam imponamus hume-
ris;

Iamdudum nos socij nostri opperiunt, io! io!

RE. Ab me miseram! nulla prorsus sum; tota pe-
rij, occidi,

Interij. Execrandus dies, qui me huic iunxit viro;
Vitium obtulit; dotem perdidit; bona vendidit
mea

Omnia. Nunc aufugit militatum, & me grauidam,
sine

Tecto & lecto, deserit; eheu mihi! va va meis

Parentibus, qui isti me coniugarunt adultero!

Sed perferam tamen crucem hanc tranquillo pe-
ctore;

Siquidem sic vult IEHOVA, cuius prouidentia

Voluit suum quisq; saxum, manesq; patitur suos. "

166 SAMVEL PRINCEPS.
ACTVS IV. SCENA IV.

ELI, SAMVEL.

Nemini profectò plura acerba è natis
Esse oblata credo, quàm mihi ferè vni.
Senarij Heu me infelicem! hancine quid vitam moror? quid
Trochaici
Acatal. Dulce restat expectandum, quàm aegritudo,
Probrum, ærumna, plangor, angor & cruciatus,
Et dolor? curis vires perpetuis
Prorsus exhaustæ, hîc intus iacent sepultæ;
Morbos aggrauat subinde mihi senectus;
Nam centesimum ferè attingi ætatis annum.
Hinc tremunt columna corporis; locusta
Insidens tergum premit, funis argenteusq;
Ruptis soluitur fibris, & lymphæ ademtâ
Aureus fons arescit; fatiscit vrna, &
Molliores hebescunt, & vox mussat intus;
Frontem nubes obnubunt, ac in fenestris
Luminaria, amissa luce, occidunt, &
Obtenebrescunt; hoc maximè est molestum.
Nam, more Andabatarum, palpito in tenebris,
Nec solis lumen oculis possum intueri.
Verè cæcus est inops, miserrimusq;
Omnium. Hoc in me iam dudum deprehendo.
Istam verò afflictionem auget, magisq;
Multò exasperat dolor conceptus ex illo
Oraclo Samueli reddito à IEHOVA.
Namq; animus vates præfagit vltionem
Impendère pergrauem mihi, Filijsg;

PIA?

ACTVS IV. SCENA IV. 167

Præsertim, cum ipsi in peius ruant subindè,
Nec cessent peccatis aggrauare pœnam.
Va mihi seni miserrimo omnium! (eheu!)
Non possum diutius stabilem figere gressum.
Heus Samuel, exi. S A. Præstò sum Domine; quid vis?
Impera. E L. Duc me manu, & sellâ ante portam
Colloca. S A. modò confidenter insequaris,
Ducam te Domine absq; omni periculo. E L. ecquis
Hic pedum strepitus? S A. Propheta adest Nathanus.

ACTVS IV. SCENA V.

NATHANVS, ELI.

Senarij
Iambici
Acatal.

Saluus sis Eli. E L. vtinam saluus forem! Quid
huc
Venis? N A. IEHOVÆ iussu maximi venio, tuum
vt nunciem tibi fatum. E L. cedò audiam.
N A. Sic IHOVA dicit præpotens & maximus:
Equidem patefeci me tui Domui patris,
Cum adhuc in terra Aegyptia subsisterent.
Illumq; ibi familijs ex omnibus
Vnum delegi, vti Aræ meæ, vestibus
Sacris sacerdos indutus, præffet, &
Suis cum posteris illam solenniter
Sacratibus victimarum adoleret ignibus.
At verò cur ausu evertis nefario
Hunc ordinem tabernaculo à me traditum?
Nam tu magis tuos, quàm me honoras filios,
Et de meo illos multò pascis lautius.

L 4

Nam

Nam vos meis & gentis Israëlicos
 Dapibus super mea oblati altaria
 Saginati, velut porci, pinguescitis.
 Proinde IHOVA Rex Israëlis ait :
 Feci quidem promissionem splendidam :
 Domus tua æternum mihi deseruiet :
 At verò animum commutavi meum ;
 Hæc autem stabit æternum sententia :
 Quicumq; me colit, veneratur, diligit ;
 Eum rursus colam, venerabor, diligam.
 Quicumq; verò habet me despiciatui,
 Eum vicissim habebō despiciatui.
 Tempus aderit funestum & lamentabile,
 Cum tuæ familiae frangentur germina,
 Nec erit senex superstes in domo tua.
 Hostes tuos cernes intra domum tuam.
 Israël florescet : tu defloresces citò,
 Et contabesces præ cura & aegritudine,
 Simulq; contabescant omnes posteri
 Priusquam illi ad virilem ætatem venerint.
 Atq; hoc erit certissimum tibi symbolon.
 Nati tui, Hophni & Pinehas, vno die
 Mox cadentur multo cruenti sanguine.
 Ast ego sacerdotem mihi fidissimum
 Constituam, qui ex nutu semper viuat meo,
 Illi domum condam firmam ; ille perpetim
 Obambulabit ante Messiam meum.
 Et quisquis est adhuc superstes è tua
 Domo : ante illum suppliciter humilis procidet,
 Et fru-

Et frustulum panis, nummumq, argenteum
Emendicabit voce clamans flebili:

Ah des mihi partem è sacris prouentibus,
Vt bucellà panis famem sedem meam.

EL. Ah mi propheta; comminatio hæc Dei

Est per grauis! Quò me mea indulgentia,

Et lenitas perduxit? Heu mihi seni!

Iehouam ad iram commoui seuisimam;

Tibi IEHOVA vni peccaui; iram tuam

Portabo; pœnienti propitius modò

Esto, nec æternùm à facie iratus tua

Me abijcias. Cum dolore & mœrere aspero

Descendam in mortis speluncam; modò me stygis

Spelunca non absorbeat. NA. Si seriò

Culpam DEO commissam deprecaberis;

Tui misertus, æternam sinè dubio

Arcebit à tuis pœnam ceruicibus.

Vale interim, & precibus pijs iram DEI

Lenire & mitigare rursùm enitere.

ACTVS IV. SCENA VI.

REBECCA, ELI, SAMVEL. Septena-

DVrare nequeo in ædibus diutius domi, rij Iambi-
Ita me probrum, dolor, mœror, plangor, an- ci Acata-
lecti.

gor, & mali

Nescio cuius presagium cruciat, angit, exedit,

Pertetteret ac sollicitat; Heu mihi miserrime!

L S

EL.

procidet,
Et fru-

170 SAMUEL PRINCEPS.

EL. Vnde eiulatus hic? quia hinc lamentatur? SA.
Nurus tua.

EL. Vbi est? SA. ad te contendit. RE. ab mi car-
rissime facer.

EL. Quid est tibi Rebecca dilectissima? cur ita
Ploras? vbi est maritus Pinehas? REB. Va mihi
miserrime!

EL. An non habes? RE. habui. EL. quid hoc?
RE. eheu mihi!

EL. Vbi est? RE. Abijt, secessit, euasit, deseruit, &
Ausugit in bellum cum fratre, ac Arcam foederis
Secum abstulit. EL. Facinus indignum, infandum
ac impium!

RE. Planè. Non fecit officium viri frugi & boni.

EL. Hæcine restabat, vt reliquis sceleribus adde-
ret,

Infamia, & dolorem dolore cumularet? heu mihi!

Cani mei squalent infamiâ; totus probris.

Tota in Palestina passim puteoq; & fæteo.

O lux infausta, qua solem his oculis primùm meis

Aspexi! O infelix ac execrandus nuncius,

Qui nunciauit esse natos duos mihi filios.

Eheu mihi? quænam in vita est voluptas reliqua?

O Mors, quid cessas? quid nectis moras diutius?

Cur me non opprimis? cur non iugulas? cur non
necas?

Et ita finem doloribus & laboribus facis?

Inprimis id dolet, meq; afflicta vehementius;

Quod Arcam Foederis sacro dimouerunt loco,

Et

Et transtulerunt in castra; heu mihi! malè me-
tuo;

Malè ominor; magnum praesagit mens mihi malum.

Totus horreo; totus tremo; mihi pavor intimas

Per osium medullas magno currit impetu;

Comae rigescunt; frigidus coit in pectus cruor.

Nam spem et metum inter dubius et anxius haereo.

O quam vellem ut veniret huc nunc nuncius ob-

viam,

Qui, belli quis status fiet, renunciaret mihi;

Nam sic uti fieret, iussi, atque huius potissimum

Gratia huc ad portam confedit. Heus tu, neminem

vides

Huc aduentantem per viam? SA. Iam iam quen-

dam eminens

Prospicio. EL. qualis vir est? SAM. nisi me oculi

fallunt mei,

Veredarius videtur esse; cornu instat. EL. audio

sonum; Pegesarius est; hic forte leniet metum,

Vel, ut metuo, conduplicabit aegritudinem,

Et ex seminortuo me faciet plene mortuum.

SA. Scissis incedit vestibus, caputque pulvere con-

spergit. EL. heu!

Auscultra diligenter, quid narret vel nunciet,

Ut quo nostra res in loco sient intelligas.

SAM. Ausculto. REB. Et ego iam dudum arreclis

assisto auribus,

Mei mariti gestiens sortem cognoscere.

ACTVS

172 SAMVEL PRINCEPS.
ACTVS IV. SCENA VII.

CVSI, SAMVEL, REBECCA,
ELI.

Orona-
rij Iambi-
ci Acata-
lecti.

Heu dolor! heu quid primo, quid secundo, quid
ultimo
Edisseram loco? horret animus; cor palpitat; lin-
gua titubat.

(Eheu!) quid porto? quàm res inauspicatas, mul-
tò plurimas!

(Eheu!) quot gemitus? quot luctus? quot mœstici-
as? quot nenas?

(Eheu!) quot singultus? quot eiulatus? quot queri-
monias

Huc affero mecum? SA. Malè sese habent princi-
pia. RE. pessimè.

CV. Senis Iacobi illius filij, nunquam suo patri
Aequè infaustum atq; luctuosum attulere nuncium;
ac ego

Eli sacerdoti apporto. (ah!) plenus doloris huc eo,
Onustum namq; pectus est mœrore, atq; lactu tur-
gidum.

RE. Væ væ nobis! nunquid perimus? heu! CV. prob
infortunium!

Fato infelici pugnatum est hodie cum nostris ho-
stibus,

In aperto campo inter Ebenezer atq; Aphock; quo
in praelio

Tri-

ACTVS IV. SCENA VII. 173

Triginta casi millia primo conflictu cecidere modò simul.

RE. Væ nobis ! actum est. heu dolor ! EL. quis ac vnde hic tumultus est ?

Quis fletus hic & lamentatio perquam miserabilis ?

RE. Ab mi socer ! EL. quid ab ? RE. meras sagittas, enses, lanceas,

Quis cor mihi transfigitur, qui venit huc, loquitur homo.

EL. Ecquid loquitur ? RE. ex ipsomet cognosces plenius omnia.

EL. Vbi est ? RE. adest, inquire tantùm. EL. vndè ad nos, mi fili, aduolas ?

CV. E nostro exercitu profugi hodie veredo celerissimo.

EL. Quo in loco nostri sunt res exercitus ? CV. in peiore non

Esse poterant sita profectò. EL. prob dolor ! quid audio ?

Dic obsecro, mi vir, quodcungq; affers. CV. nil affero boni :

Sed strages & cædes cruentas. EL. ne suspende mihi animum.

CV. Fugam pararunt nostri milites. EL. sed nemo casus est ?

CV. Væ plurimi. EL. quot quæso millia ? CV. plurima EL. cedo numerum, & has

Omitte ambages. CV. dicam, si potes cohibere lacrimas :

Tri-

Triginta millia vno Mars extinxit seuus praelio.

EL. Triginta millia? heu dolor! ô pugna perquam infelicissima!

Filij mei num adhuc viuunt? CV. vixere. EL. ab num ipsi quoq;

Fuerunt interfecti? CV. ambos Mars & Mors abripuit simul.

EL. Extincti sunt? RE. extincti sunt? CV. extincti sunt. EL. eheu mihi!

RE. Eheu mihi! CV. ne lacrimetis; sic enim infatis fuit.

EL. Quid insuper? num custoditur sarta & tecta Arca foederis?

CV. ab-ab! EL. ab-ab! quid? CV. ablata est hodie à Philistis hostibus.

EL. Ablata est Arca? CV. ablata est, atq; translata in castra hostium.

EL. Væ væ mihi! pereo. ablata est. RE. proh summe IHOVA! vnde prouenit

Hic tam repente casus? SAM. cur ô mi preceptor optime

Præceps & pronus in caput quasi ietus fulmine procidis?

RE. Nil est caloris relliquum, neq; sensus neq; motus amplius

Apparet; eheu Samuel! heu totus pallet, totus tremet,

Totus friget, totus moritur, membra obrigescent omnia

Letha

ACTVS IV. SCENA VII. 175

Lethali frigore ! heu omnis vita toto corpore
se subduxit ! heu extinctus est ! eheu socer
meus !

Eheu lapsu perijt repentino ! SAM. profectò extin-
ctus est ;

Cervix intorta humeris recumbit ; b fatum mise-
rabile !

Ah mi here, mi præceptor, quis te tam funestus ca-
sus necat ?

Ah, ah ! RE. ah, ah ! SA. ah, ah ! CV. quid statis
ambo attonui ? non sine

Fato istud singulari accidit. Hem Samuel mecum
tollito ;

Intrò inferamus è via corpus exanimum, colla-
psaq;

Membra. RE. heu mihi ! vae vae mihi ! quis me do-
lor subito opprimit ?

Caput, cor, epar, splen, renes, lumbi, crura, pedes, &
manus

Dolent gravissimè ; tum sub vtero seuissima tor-
mina

Grassantur, & me sugillant, & compungunt, &
lancinant.

Partum imminere sentio. Debora deduc me do-
mum ;

Vae vae mihi ! nimio præ dolore vbi sim planè nescio.

ACTVS

SAMVEL PRINCEPS.
ACTVS IV. SCENA
VLTIMA.

REBECCA, DEBORA.

O Summe IHOVA! ser opem; da facultatem mihi, obsecro,
Pariendi. DE. bono esto animo, neq; metuas; peperisti filium.

RE. Heu dolor! pereo oppidò; mors me repentina occupat;

Casi sunt nostri milites; Arca est ablata fœderis;
Maritus Pinehas & frater Hophni ceciderunt; socer
Infractâ ceruice interiit. Meritò igitur vocabitur
Hic filius Icabod: namq; Israël adempta est gloria.
Væ væ mihi! mortem oppeto. DE. Væ nobis! ô funesta lux,

Quæ tot nobis hodie strages, & clades, & funera tulit!

Triginta è nostris millia occidère; occidère Pinehas
Et Hophni; Eli occidit sacerdos; in partu Rebecca occidit.

O infelix dies, qui luctus plena simul facit omnia!
Luctu remugit hæc domus; luctu remugit ciuitas;
Luctu Palæstina omnis personat; vbiq; luctus est grauis.

Et vos nobiscum lugete omnes hoc in luctu publico.

ARGV-



ARGUMENTVM
ACTVS QVINTI.

In fünfften Act tritt jekt herauß
 Des Reichs Herold/ vnd ruffet aus/
 Daß die zwölff stamm in Israel/
 Ohne verzug/in schwinder eil
 Sämplich sollen kommen zusam/
 Vnd widerumb in Gottes Namn
 Ein neuen Regenten erwehln/
 Vnd denselben der Gemein vorstelln/
 Drauff komn zwey Jüdische Rathsherrn/
 Die werd ihr mit einander hörn
 Vnterreden/wen vnd was wol
 Man zum Fürsten erwehlen sol/
 In dem die zwölff Stamm Israel
 Kommen zusam zur Fürsten wahl/
 Rathschlagen miteinander fein/
 Vnd als sie alle einig sein:
 Erwehlen sie den Samuel
 Zu ein Fürsten in Israel/
 Solchs ruffet man aus öffentlich/
 Vnd wird Samuel prächtiglich
 Zu einem Fürsten coronirt/
 Vnd gar herrlich inthronosirt/
 Sein Mutter Hanna kömpt herben/
 Als sie vernommen diß geschrey/

M

Sicht

P S.

NA

R A.

da faculta-

metuas; pepe-

me repentina

ta faederis;

ciderunt; socer

ur vocabitur

nta est gloria.

e nobis! o su-

s, & funera

idere Pinehas

partu Rebel-

facit omnia!

nugit ciuitas;

big, luctus est

n luctu publico.

ARGV-

Sieht ihres Sohnes Herrlichkeit/
 Danckt Gott dafür mit grosser frewd.
 Geht also aus mit frewd diß Spiel/
 Vnd erreicht gar ein gutes ziel.
Ach seht ihr Eltern allzumal/
 Die ihr hie seid auff diesem Saal/
 Was ihr zugwartn für grosse frewd
 An ewren Kindern mit der zeit/
 Wenn ihr sie auffzieht in dem HERN/
 Vnd laßt sie studiren vnd lernn
 Die freyen Kunst vnd gute Sprachn/
 In ihren jungen blühenden tagn.
 Bewehnt sie auch mit fleiß darnebn/
 Zu führen ein recht Christliches lebn/
 Daraus werden vorneme leut/
 Die kommn zu grosser herrlichkeit/
 Die in Kirch/Schul vnd Regiment
 Viel nutz schaffen an manchem end.
 Darumb ihr lieben Schülerlein/
 Studirt fleissig vnd betet fein/
 Vnd führt ein recht Christliches lebn/
 So wird euch Gott sein segen gebn/
 Das ihr werd tapffere leut werdn/
 Herrlich vnd ehrlich hie auff Erdn/
 Vnd dort selig im Himmelreich/
 Mit allen außgewehlt zu gleich.
 Wer Gott vnd seine Eltern ehrt/
 Der wird widrumb allhie auff Erd
 Geehrt/vermehrt/ gehalten werth/re.

ACTVS

ACTVS V. SCENA I.
ACTVS V. SCENA I.

179

MALACHI.

Senarij
Iambici
Acatal.

OMnes quicumq; statis aut sedetis hîc :
Saluete plurimum; & quæ nunc edisseram
Autoritate, iussu ac nomine publico,
Audite, & in intimos sensus reponite :
Inter-regnum infelix fuit hætenus diu,
Et nullus imperauit Princeps patrio
Palæstinæ regno : inde quisq; quod sibi
Libuit impunè fecit, omni sine metu.
Et insuper sacerdos ELI, qui hætenus
Præfuit (mala fide quamuis) Ecclesiæ,
Fato crudeli extinctus est miserrimè.
Nunc ut desingnetur recens Ecclesiæ
Antistes, & Regni Gubernator nouus,
Necessitas, isihoc præsertim tempore
Periculoso, & turbulento, postulat.
Ergo quod IHOVA summus vertat optimè,
Seniores è bis senis tribubus singulis
Huc confluant, &, collectis suffragijs,
Nouum eligant nostræ ditionis principem,
Qui communi fideliter præsit Bono,
Et subditos in pace sapienter regat.
Quod nunciare vobis ac edicere
Eo conductus Regni præco debui.

M 2

ACTVS

ACTVS

SAMVEL PRINCEPS.
ACTVS V. SCENA II.

MANASSES, BENIAMIN.

ITa pol quidem est, vt intus dixti, Amice;
Cruenta morte summus occidit Sacerdos.

BEN. Sic est. MAN. et intorta ceruice. BEN.
certè.

MAN. Insuper gemini gnati die vno,
Vno interfecti pralio fuerunt.

Pfal. 19. BEN. Etiam. MA. na iustus vltior est IEHOVA.

BEN. Et iudicia ipsius iustissima extant.

Syr. 5. MAN. Verissimè. BEN. tardè ad iram commo-
vetur,

» verùm moram pœna grauitate tandem

» Compensat. MA. ac ipsius ira nescit

» Modum ac finem, vel vllam habere metam;

» Si exarserit semel. BEN. testatur illud

Iud. 20. Nostrâs tribus perpaucis hinc ab annis
Excisa propemodum radice ab ima.

MA. Memini, & dolore cum magno recordor.

BEN. Et hoc vnus ob viri ferinam

Libidinem. MA. Sic assolet IEHOVA

» Vnius ob viri noxam & piaculum

» Sæpè totam funditus delere gentem.

» BEN. Id extemplò milites nostri evidenti

» Probant, qui procul dubio pœnas luerunt

Ob Hophni & Finehæ scelera nefanda.

MA. Sic multi iudicant viri pijs atq;

Sancti. Id verò multò est magis dolendum,

Quod

Quod Arca fœderis vi erepta nobis.

BEN. Huic hæc calamitas toti communis oræ,
Communi prosequenda luctu est, omniumq;
Desflenda lacrimis amarè amaris.

Namq; hæc nostræ sacra anchora aut asylum
Religionis. Hûc se deuinxit IEHOVA.

Hic ipse apparet, & responsa reddit.

MA. Ab pœna certissimè fatalis instat,

Quâ nos affliget propter execrandum

Cultus sui contemptum & impietatem

Extremam, quæ ad summum excreuit, nec vltra

Quò assurgat, habet. BEN. Vera pietatis ardor

Non tantùm oblanguit, sed prorsus omni

Euanuit loco. Contra efferata

Licentia liberè peccandi vbiq;

Inualuit, & doctrina lux serena

Serena prorsus extincta passim.

Eli Sacerdotis Gnati scelesti,

Ex hostijs sibi ipsis nucleum abstulerunt,

Cassus pataminibus DEO relictis.

MAN. Ita fit, vbi nullus est princeps, caputq;

In Populo, vt apud nos hæctenus per annos

Quam plurimos. Ibi libido quiduis

Impunè patrandi gliscit subindè,

Et omnium scelerum segetes vbiq; ,

Vt herba irrigua, succrescunt abundè.

BEN. Ideo si vlla vnquam tempestate nobis

Opus fuit Dux & Princeps peritus,

Nec non authoritate insignis, atq;

Prudentiâ, inprimisq³ clarus almâ
 Pietate erga Deum: iam nunc profectò
 Egemus tali patrij Rectore Regni.

MAN. Maximè. ast vbi virum huiusmodi Duce^mq³
 (Quales seclis prioribus extiterunt

Nunides, Gideon, Iephta, itemq³ Samson)
 Hodie reperiemus? vbi multò citius atrum

Cygnum, quàm talem virum licet videre.

BEN. Ego sanè, vt ingenuè fatear, quod est res,

Ignoro. MA. Nec equidem vsquam scio vllum,

Qui tanta molis oneri sit ferendo,

Tempestate hâc turbulentâ, nisi vnum.

BEN. Quem quæso? MAN. Samuelem, qui per
 fideli

Studio hætenus Tabernaculo locauit

Operam ministram. BEN. Samuelem nominas?
 hunc

Et ego volo. MA. non iudicas sinistrè:

Nam iam dudum famam sibi comparauit

Pietatis iuxtâ ac eruditionis,

Et omnium virtutum splendidarum,

Quæ Principem virum ornant pulcriùs, quàm

Diadema gemmatum, aureumq³ sceptrum.

BEN. Et insuper, quod maximum est, IEHOVA

Diuina dudum voce, est constitutus

Propheta. MA. Iamq³ pridem oracula multa

Enunciauit, nec verbum vllum inane &

Vanum, veraq³ veritate cassum,

Ex illis in terram cecidit. BEN. ob istud

Odiffe

Odiffe fertur illum Eli Sacerdos.

MAN. Sic fieri consuevit: Plerunq³ virtus ce

Odium parit; hæc vmbra hunc vbiq³ Solem, ce

Vt comes indiuidua, sequi solet. BEN. sed

Nihilo minus diuina fit voluntas;

Eli deflorescit gente cum paterna:

Sed Samuel florescet magis magisq³.

MA. Certissimè. Nam, sicut spero, iam mox

Totius Palestina creabitur Dux

Et Princeps. BEN. Certò certius ita fiet.

Ecquis enim viuat istâ dignitate

Dignior? Equidem habita ratione sancti

Iuris-iurandi, non conferre possum

Alij votum meum præterquam ei vni.

MAN. Et ego meum tuo suffragium addam.

Verùm datur signum tubâ; suprema

Duæ tribus synedrion subintrant,

Et reliquæ comitantur: subsequamur.

ACTVS V. SCENA III.

IUDA, LEVI, RVBEN, SIMEON, SE-

BVLON, ISASCHAR, DAN, GAD,

ASSER, NAPHTHALI, MA-

NASSE, BENIAMIN.

Cuius conuentus hic, fratres, sit institutus gra-

Tenetis? RUB. omnem rem tenemus in recentî
memoria,

Odonarij
Iambici
Acatal,

M 4

Ni-

Odiffe

Nimirum vii deliberatione facta seria,
Designemus Palaestinae Gubernatorem idoneum.
IV D. Hoc est, quamobrem iam nunc congressi sumus. Sed antequam

Ad rem accedamus ipsam, fas est ac pium, ut ter
maximi

Numen, Nomenq₃ IEHOVAE pariter imploremus
supplices:

„ Namq₃ à Deo rerum simul omnium capienda sunt
„ primordia,

„ Et sic medium felicius finisq₃ felicissimus

„ Consuevit insequi. Proinde, mi frater Leui, tui

Ratione muneris nobis prae precando; nos simul

Submissâ voce te subsequamur. LEV. faciam sicut
me iubes.

O IHOVA Regum maxime,

Et principum Author vnice,

Qui Regna fundas ac struis,

Ac illa rursus diruis,

Te nos precamur supplices,

Palmas leuantes duplices:

Immitte nostris mentibus

Sancti charisma Spiritus,

Qui nostra flectat pectora,

Et acta firmet omnia,

Vt eligamus vtilem

Regno futurum Principem,

Qui sit potens Ecclesiae

Reiq₃ custos publica,

Cul-

Cultusq; Numinis statos
 Instauret, atq; subditos
 In pace dulci protegat,
 Et indè cunctos arceat
 Hostes, tuos qui paruulos
 Delere tendant nidulos.
 Pro quo beato munere,
 Toto tibi de pectore,
 Grati canemus gratias
 Isthic & illic maximas.

IVD. In nomine ergò IHOVÆ trini ac vnius
 sanctissimo

Electionis auspicemur arduum negocium.
 At verò hic omnes affectus ex corde prorsus exulent;
 Tantummodò virtus & personæ perpendatur dig-
 nitas :

Quemadmodum IEHOVA demandavit lege illud
 in sua.

SI. Istud fieri necessum est ac opus. LE. Cùm pri-
 mis talis est

Nobis creandus Princeps, qui sit religiosus ac pius,
 Et qui cultus diuinos turpiter collapsos hæctenus
 Instauret, inq; dignitatem pristinam reducat, &
 Falsas extirpet hæreses, nec non idololatrias.

ISA. Maximè. Quiq; pietatis ac candoris & vir-
 tutis &

Iustitiæ amans existat. SEB. Et qui sit alienus à siti
 Auri atq; argenti. DAN. Quiq; sit circumspectus,
 prudens, catus.

M S

GAD.

P. S.
 idoneum.
 congressi su-
 bium, vt ter
 imploremus
 apienda sunt
 us
 Leui, tui
 nos simul
 faciam sicut
 Cul.

GAD. Quis verò his insignitus est animi corporisq;
dotibus?

IUD. Ego neminem novi præter Samuelem, qui
fideliter,

Ante ostium Tabernaculi, summo IEHOVÆ deser-
vijt;

Hunc munus illud arduum laudabiliter posse ge-
rere

Planè mihi persuadeo. Splendore enim clarissimo
In ipso virtutum effulgent præclara lumina om-
nium.

LEV. Et iam dudum diuina autoritate delectus
fuit

Propheta. **RVB.** Multa oracula edidit, quibus ex-
actissimè

Respondit euentus. **SIM.** Quin immò ipsius gratia
DEVS

Siloæ nunc apparet, ac ipsi responsa reddit, vt

Olim Mosi. **DA.** Et zelo quoq; Heroico fertur esse
præditus.

SEB. Hinc nomen ipsius longè latèq; nunc incla-
ruit.

ISA. Et fama eius tam illustris ad fines penetravit
exteros.

GA. Sed non peritus est Martis. **AS.** humiliq; pro-
fatus loco.

NAP. Sæpè hoc alioquin aspiranti ad imperium of-
ficere solet. (men

MA. Nil impedit: licet non sit peritus Martis: est ta-
Peri-

Peritus artis, ac insigniter scientiâ valet.

GAD. Quid hæc ad bellum? BEN. plurimum certissimè ad bellum facit.

Nam non velocitate corporum res geruntur maximè,

Sed consilio, prudentiâ, ac auctoritate strenuâ;
Vis autem consilij expers, mole subito corruit suâ.

GAD. At hoc per consiliarios potest facile effectum dare.

BEN. Sic per alios etiam videre posset, si valeret hoc.

MA. Genus quod attinet; nil hîc Generis valet splendor & decus:

Sed dignitas personæ & virtus, quæ sola facit nobiles.

Quis extitit Moses? quis Iephtha? quis Samson? num regio

Nati & sati fuerunt stemmate? haudquaquam. IV. sat hæctenus

Deliberationis: Nunc an in Samuelem singuli

Consentiatis, clara quisq; voce clarè exponito:

Samuelem equidem nobis creandum principem esse censeo.

Quem tu, Leui? LE. Eundem. IVD. Quem tu Ruben? RV. Samuelem equidem nomino.

IV. Cui verò tu suffragium confers frater Simeon? cedò.

SI. Samueli. LV. cui vos relliqui? SEB. Samueli. IS. huic ego meum quoq;

Do

188 SAMUEL PRINCEPS.

Do votum. DA. Samueli. GA. Samueli. AS. Samueli. NA. Samueli. BEN. & huic
Meum tribuo votum. MA. vobiscum coniungo cal-
culum meum.

IV D. Ergò omnes vnanimi consensu in Samuelem
suffragia

Confertis? LE. Omnes. IV D. Quare, quod sit fau-
stum, felix, prosperum,

Reiq; nostræ publicæ salutare & perutile,

Nos bis-sene à Iacobo orta Patre communi fami-
liæ,

Samuelem filium Elcana atq; Hannæ creamus prin-
cipem

Israëliarum, & creatum pronunciamus in DEI
Patris Filijq; & Spiritus sancti diuino nomine,
Amen (Cætus) Amen, Amen. IV. Quod restat, indi-
cetur publicè

Per præconem. Vestrum verò vnà cum præcone
quatuor

Huc adducatis illum, vti solennitate publica

Inauguretur: Hem, præco, populo publicè denun-
cia;

Samuelem Israëliarum esse designatum principem.

MALEACH.

Hexame-
tri.

Confluite huc populi pedibus properantibus omnes;
Confluite huc, atq; hæc animis mea sigite dicta;
Insignem pietate virum famâq; celebrem,
(Cui nomen Samuel Elcana patre creatus)

Bis.

Bis-seni legere patres, vt iusta deinceps
Iura det, & Regni princeps moderetur habenas,
Indigenasq; regat, longeuâ in pace, colonos.

ACTVS V. SCENA IV.

IUDA, SAMVEL, LEVI,
& reliquarum tribuum Patres.

Hanc occupa, Samuel, sellam sublimiorem.
SA. Hic me locus minimè decet. I V. Decet &
decebit.

Septenas
rij iambi-
ci Cata-
lecti.

Concordibus suffragijs, vt audiisti,
Elegimus te principem nostrum, vt deinceps
His imperes oris Palestinae, Deiq;
Inprimis cultus & religionem sacratam
Instaures, ac in pace, iustitia, fideq;
Gubernes subditos, ceu te studio fideli
Facturum confidimus nos singuli & vniuersi.

SAM. Pro hoc de me iudicio tam praclaro ac ho-
nesto

Grates habeo ingentes; sed in me deprehendo
Nil prorsus hac dignum tam augustâ dignitate:
Agnosco enim meam tenuitatem, illiusq;
Officij difficultatem summam. Proinde
Vti mihi parcatis hac in parte, quaeso.

I V D. Nullam excusationem admittimus; acqui-
esce

In decreto nostro, nec morosè repugnes

Syne-

Synedrj totius communi statuto.

SAM. An hæc communis omnium vestrâ est voluntas?

IUD. Omnes in te consentiunt vno animo & ore.

SAM. Nunc hoc fato fieri IEHOVAE singulari, Instinctu sancti Spiritus, intelligo. Ergo Diuino fretus auxilio, munus illud in me Recipiam; sed vobis, Procere, Patresq; Regni, Quod me tanto dignemini immerentem honore, Gratias ago ac agam eternum æviternas.

Confido autem vos consilio ac ope affuturos Mibi, ac oneris partem alleuaturus, vt illud Eò facilius ac leuius perferre possim.

IUD. Fiet; fidem tibi spondemus vniuersi

Et singuli. SA. Vobis ego omnibus vicissim Sanctè promitto, me pro aris focusq; vestris, Pro lege simul & pro grege diligenter omnes Suscepturum alacriter labores vigiliasq;.

Senarij
Iambici
Acatale-
si.

IUD. Quod relliquum est ergo, te regni Princē-
pem

Solennitate inaugurabimus publicâ.

Accede Leui, & quod tui iam est muneris, Perage, vosq; circumfistite omnes ordine.

Tu verò publicè indicas & indices Præco; dato tubâ signo more solito,

Vt vniuersa multitudo confluat

Suum coram spectatum Principem nouum,

Ritusq; inaugurationis publicos.

MA

MALEACH.

Hūc celeres properate gradus, quibus arduus ardor
 Solennes oculis pompas spectare serenis,
 Quis nouus hic princeps, patrem de more vetusto,
 In solum Regni magno ponetur honore.

Hexame-
tri.

LEV. Quod ergo gloriosum diuo numini, &
 Toti Palestina, ac illius incolis
 Euadat fructuosum iuxta ac vtile,
 Te Samuelem ex Alcana patre profatum,
 In vrbe Ramâ, montes inter Ephraim,
 Israëlitarum creamus Principem,
 Et vsitata conferimus insignia.
 Primò rogam hanc gemmis exornatam induo,
 Vetus veterum gestamen illud Principum;
 Te IEHOVA (namq; hoc vestitus isthic monet)
 Virtute plena sancti Flatus induat.
 Hunc insuper tiaram tuo impono capiti,
 Qui diuinam magistratus originem
 Et dignitatem ostendit caelo proximam.
 Præterea in leuam sanctæ legis codicem
 Tibi trado; vnde religionis negocia
 Vales cognoscere, & discernere optimè.
 Nam veritatem cœlestem defendere,
 Et contra hæreses debes tueri noxias,
 Ceu Moses in suis præcepit olim legibus.
 Postremò isthunc ensẽ dextræ tuæ infero;
 Hoc punias fontes; hoc insontes regas;
 Hoc omnes mature pestes Ecclesiæ
 Exscindas ex Iudææ territorio.

HAC

Hac te creo solennitate Principem,
Et sic creatum publicè renuncio,
In nomine Patris, Filij, & Spiritus.

Hoc i-
psū πρὸς
Φάριμα
reliqua-
rum tri-
buum
procures
singuli re-
petunt
ordine.

Salve, Princeps Palaestinae ter & quater,
Salve, vire, vige, vale, regna feliciter.
S A. Saluete vos vicissim omnes ac singuli;
Vobis Deus benedicat summus affatim;
Ego verò diuina aspirante gratia,
Vt Principem decet pium, constans agam,
Idq̄, vt fiat, D E V M votis ardentibus
Orabo, certus ipsum auditurum preces
Ex corde fusas, ceu prom. sit ipsemet:

O IHOVA Regni Reclor olympij,
Qui sceptris cunctis regibus aurea
Concredis vnus, gentiumq̄
Eligis omnigenum magistris.
Me singulari numinis impetu,
Tuae creasti gentis vt ensifer
Princeps Palaestinae superbis
Totius imperitemi colonis.
Vis nulla verò consilij, neq̄,
Virtutis in me relliqua, nec scio
Quonam modo tam copiosam
Eualeam domitare gentem.
Quare sacro me rege Flamine,
Diuaq̄, comple cor sapientia,
Vt sub aura pacis, aqua
Iustitia, populos gubernem.

Dum-

Damnosa regnis his procul exulet
 Ate; sub Orco Mars fremat infero;
 Pax & Themis sese osculentur,
 Prosperitasq; comes triumphet.
 Sic te colemus, pacis in vmbrula,
 Arisq; sacro thure litabimus.
 Nec non mele mellita quondam,
 Arce super supera, canemus.

ACTVS V. SCENA V.

HANNA, SAMVEL, IVDA, MA-
 LEACH.

IEHOVA immortalis, quibus & quantis me do-
 nas gaudijs?

Quis me in Palestina nunc est homo, cui propitius
 sis magis?

Verè me solam diligis, solam in me largo flumine
 Cunctas felicitates effundis, cunctasq; gratias.

Nam, sicut accepi, Samuel meus hodie creatus est
 Princeps terra totius Israëlidos. Sic, maxime

IEHOVA, sic pietatem liberis pijs remuneras!

Sic perbeas illos, qui repudiatis mundi sordibus,

Ad liberalium artium studia animum suum appli-
 cant,

Et à prima pueritia castis assuescunt moribus,

In primis autem te honorant, diligunt, venerantur,
 amant, colunt,

N

Et pra-

Octonarij
 Iambici
 Acatale-
 tici.

Dum-

Et prava hominum, cane & angue peius, oderunt
confortia!

O Scholæ, scholæ, quantos, quantos paritis fructus
quàmq; vberes!

Verè vos estis officina pietatis, sapientia,
Virtutisq; ; hinc mihi talis & tam excellens pro-
dit filius.

Vos ô parentes in Domino educate natos fideliter,
Et à teneris illos statim scholæ erudiendos tradite,
Nec indè, ceu fieri solet, leui momento auertite;
Instate disciplina, nec cohortari desistite.

Sed ecce filium meum solio suffultum splendido!
Ab præ letitia vbi sim nescio; totum cor opplet gau-
dium,

Omnesq; spiritus exultant, atq; prorūpunt foras;
Quin sanguis indè diffluit, tremuloq; excedit pectore.
Salve mi fili, mea voluptas & meum gaudiū vnicū;
Salve mi fili ter & quater; dies ô felicissime,
Quo te tanto cumulatum honore coram his oculis
conspicor!

An non dixi hoc olim futurum, si studeas colere
Deum?

SA. Dixti mater: & hoc gratias tibi per soluo nomine
Magnas ac immortales. Nam quodcunq; honoris
illud est,

Tu sola sceptrum & hunc tiaram mihi confecisti
tua

Educatione sedula, quod me scholæ à pueritia
Consecrasti, sacrisq; IHOUAE mancipasti cultibus.

HAN-

HANNA.

Quas laudes potero reddere debitas
O ter magne tibi IHOVA? tot affatim
In me letitias fundis amabiles,

Atq; his mentem hilaras meam.
Dum Natum in solio cominus aureo
Adspecto populi fulgere principem;
Adsis auxilio Flamini enthei

Conatusq; regas graues.
Sic te perpetuis laudibus extimos
Tollam syderia sedis ad ambitus.
Nomen, fama, decus, cunctipotencia

Clarescat tua perpetim.
SAM. Surgamus ac intremus. IVD. Ipra, subse-
quamur ordine.

MALEACH.

Non expectetis, donec huc procedant illi denno;
Intus conuiuium apparatus instruitur regio,
Et omnia letitia, virumq; plausu vndiq; circumso-
nant.

Vos, si Samuel Princeps nouus placuit: claros plau-
sus date.

EPILOGVS.

Mihi, spectatores honoratissimi,
Partes Poëta demandauit vltimas;
Vt doctrinas vobis ex hac Comœdia
Tenendas exponam, gratesq; debitas,
Pro beneuolentia decernam præstita.

N a

Quod

P S.

iuis, oderunt

vritis fructus

excellens pro-

s fideliter,

dos tradite,

auertite;

te.

blendido!

r opplet gau-

punt foras;

cedit pectore.

audiu vnicu;

issime,

am his oculis

udeas colere

soluo nomine

unq; honoris

mibi confecisti

meritia

pasti cultibus.

HAN-

Quod vtrunq₃ dum connitor effectum dare:
Aures mihi præbete attentas obsecro.

Tres personas hac maximè in Comœdia
Vtraq₃ fas est inspicere mentis acie.
Nam singulare exemplum quæuis exhibet
Ad quotidianæ vitæ consuetudinem
Ritè ac scitè informandam perquam accomodum.

Primò sacerdos ELI lenitatis est
Paternæ exemplum, quæ tandem illum pertrahit
In infimam exitij Scyllam horribilissimi,
Quod ex ira DEVS iustus iustissima
Immittit, ac sic damnosam indulgentiam
Vlciscitur seuerus vltor grauissimè.

Vos, ô parentes, hoc fatum miserabile
Efficiat cautiore, ac ad seriam
Instiget disciplinam aduersus liberos;
Lenitate nil est peius ac licentiâ.

Idcirco liberos à prima ætatula
Mox consecretis ludo literario,
Ac illos, sub ferula, pœnæ formidine,
Dei in timore maximè ad reuerentiam
Et obsequium assuefaciatis fideliter.

Nec ad vitia & flagitia eorum enormia
Conniuere, ac indulgete illis segniter;
At verò virgis, loris, baculis, fustibus,
Compefcite effrenam illorum petulantiam.

PROU. 23. Nam sic Salomon Rex & Princeps sapientie,

Syr. 30. Et Syracides vobis parentes imperant;

Si gnatus, inquit, tuus peccauerit:

Vir-

Virgis coërce peccandi libidinem ;
 Nam si virgis acutis eum cecideris :
 Ex Mortis ac Orci illum eripies faucibus :
 Quòd si seueram disciplinam negliges :
 Te, sicut ELI, corripiet grauis vltio.
 Deindè degeneres prodeant hùc filij,
 Et pœnam spectent, quam propter sua scelera
 Hophni atq; Pinehas iusto luunt DEO,
 Ambo vno casi praelio crudeliter.
 Eadem clades, & fatum funestum manet
 Omnes natos, quicunq; suis parentibus,
 Et praeceptoribus parere denegant,
 Adeòq; quiduis, quod tantum ipsis libuerit,
 Impunè designant nullo pœnae metu.
 Ergo parentes vestros colite filij,
 Et obsequium præstate iusta iubentibus,
 Vt pœnas effugiatis crudelissimas
 In hoc luendas, & futuro seculo.

Nam sic IEHOVA præcepit ter maximus :
 Honorem Patriq; & Matri tuæ exhibe,
 Et sic felicitate perfrueris in
 Terris longæuis, & gratus solo ac polo.

Exod. 20.
 Deut. 5.

Postremò (qui potissimus Comœdiæ
 Quò collineat & collimat vnicè scopus)
 Omnes perpendite, ac animis comprehendite,
 Quæ sit pÿ sors & conditio scholastici,
 Id quod Samuel vos exemplo docet suo.
 Primò est oneris, deinde honoris inclyti
 Plenissimum viæ genus scholasticum.

N 3

Nam

Nam qui bonas meditantur discere literas :
 Graues eos labores perferre ac pati,
 Et permultas & permagnas molestias
 Oportet deuorare noctes & dies.
 Immò, sicut Epictetus inquit sophus,
 Scholasticus omnium miserrimum est pecus.
 Quod omnes exponunt ludibrio,
 Derident, vexant, exagitant, exhibitant,
 Et ceu Vates Horatius de hac re canit :
 Puer qui metam optatam studiorum cupit
 Contingere, & Pindi conscendere verticem :
 Is sanè multa pertulit, sudauit, &
 Alsit, & esuriit, & sitiit sapissimè.
 Isthoc laboris tandem exacto circulo
 Ad summa gloriae conscendunt culmina,
 Et patriæ totius fiunt lumina,
 Et post nubes squaloris atq; pulueris
 Scholastici, tandem Sol oritur Gloria,
 Et Faustitas ipsis apparens aurea
 Ostendit ac aspirat aureum iubar.
 Ergo beati & felices ter & quater,
 Qui disciplinis sese liberalibus
 Dedunt, & in castris Musarum gnauiter
 Inertiam contra, foedamq; inscitiam
 Lasciuiamq; & impietatem militant.
 O perge, perge, perge, festino gradu,
 Iuuenta ; perge, operam nauare literis,
 Nec te voluptas damnosa illinc auocet ;
 Nec te paupertas aut labor deterreat.

Est est adhuc & viuit in caelis DEVS
 Potens egenum & omnium rerum indigum
 E puluere terra subleuare & tollere
 In Regni patrij thronum, vt ipsum colloce
 Iuxta populi sui potentes principes;
 Vt è Samuelis historia clarè liquet.

Hac haëtenus. Quod restat vobis omnibus
 Ciues & spectatores candidissimi
 Grates ago, Gregis totius nomine;
 Vos namq; non tantum conferto huc agmine
 Conuenistis spectatum hos actus scenicos:
 Sed etiam per placidè, quietè, beneuolè,
 Et per benignè praestulistis silentium,
 Et sic vestrum erga sanctum Musarum chorum
 Declarastis fauorem praclarissimum.
 Pro quo vicissim singuli nos, singulis
 Vobis nostram probare gratitudinem
 Studebimus summa cum diligentia.
 Tandem tibi, IEHOVA rerum conditor
 Et conseruator omnium, persoluimus
 Grates immortales è toto pectore,
 Tuam quod conseruas adhuc Ecclesiam,
 Nec non Scholam nostram & pios didascalos,
 Et vrbis huius inclytæ Rempubicam,
 Eamq; multa felicitate perbeas
 In hac praesertim tempestate turbida.
 Te sublatis ad caelum palmis supplices
 Oramus ac obtestamur per filium
 IESVM CHRISTVM: tuam posthac Ecclesiam.

VT

*Vrbem, ac vrbis Senatū prudentissimū,
Ludumq̄, literarium, Rempubicam
Metallicam, cunctosq̄, huius vrbis incolas
Serua, tuere, custodi, rege, protege,
Et largiter largas fauoris aurulas
Indulgeas, & isthuc omnes riuulos
Felicitatis deriuēs vberrimos.*

*Augescat, crescat, florescat, vigescat &
Virescat in C H O R O pax & felicitas.*

*Augescat, crescat, florescat, vigescat &
Virescat in F O R O pax & felicitas.*

*Augescat, crescat, florescat, vigescat &
Virescat in T O R O pax & felicitas.*

*Venæ metallicæ magnam aris copiam
Effundant affatim fidis fossoribus,
Tutosq̄, eos ab omnibus periculis
In omnibus angulis custodiat angelus.*

*Sic nomen & numen tuum perennibus
Tollemus ad cœlum supremum laudibus
Isthic & illic in beato seculo.*

*Qui voti compos istius fieri cupit
Is mecum leto dicat Amen pectore.*

*Amen, Amen I E H O V A summe, Amen,
Amen.*

Ἀρχὴν ἠδὲ τέλος πάν Θεὸς εὐλογεῖ.

L I P S I A E

Michaël Lanzenberger excudebat.

ANNO 1604.

num,

olas

&

as.

&

&


is

is

ne, Amen,

λογοί.

udebat.



9
C 1884

ULB Halle
004 778 456

3



1017
n.c.





storia
rum D
nis, qua
adorna
mani i
atra ex
critudi
ad Cor
mijis in
specta
impen
illi sap
esse, qu
spiran
cultur
rimun
Come
scitè f
πραγμα
institu
ctator
virtute
ad ter
cantu
præcip
AVGV
res eiu
retinu
quòd



lo fu
luern
lis pu
obl
o A
o, v
nis c
ate,
v G v
auit:
entia
merit
arian
Poë
nefici
xem
faru
de re
ta fi
um B
vt e
utus
tent
illud
T
Cuiu
gè ill
at, &
iucu

